

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Philipp Heinrich Hoen von Heinrich Bocer Christoph Henscher

**Philippi-Henrici Hoenonii ICti Disputationum Iuridicarum Libri Tres, Ad Principis Augustissimi & Sacratissimi Imperatoris Iustiniani Ius Civile : De Quibus, Ipso Praeside, In Florentissima Illustrissimorum & potentissimorum Saxoniae Principum Academia Salana, quae lenae est, & in illustri Nassovica, superioribus annis disputarunt iuvenes Legum & Iuris studiosissimi; quorum nomina singulis disputationibus adscripta sunt**

**Appendix : Continens I. Henrici Boceri ... Disputationum ad L. contractus 23. ff. de Regul. Iuris, Commentario eius ad d. I. praefixam. II. Christophori Henscheri Monsterbergensis Silesii De privilegiis methodicam Tractationem ex L. privilegia 196. ff. de Regulis Iuris desumptam**

Herbornae: Herbornae: Corvinus: Mudersprachius, 1627

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777860996>

Band (Druck)

Freier  Zugang





~~St. XII. II.~~

J.R.

39.13.

P. Cat. 111-400. Inv.

Catal. n1-400. Inv

Catal. n1-175;

n1-69.

Ze - 4005

Sün Albert Villa  
Brandi Rosi Neiß  
comp. Witeberg  
to 163: mens. 500



P H

DIS  
n

L 1

Principi  
li

DE Q

IN FLORI  
& portuni  
Salana qu  
onibus au  
disolum  
adceptum  
M. M.

Edito  
fecit

Apol. Geog.

A P P E N D I X

A D

PHILIPPI-HEN-  
RICI HOENONII  
JURISCONSULTI

Librum tertium Disputatio-  
num Juridicarum;

CONTINENS

I.

H E N R I C I B O C E R I J C<sup>ti</sup>  
in Tübingensi Academiâ An-  
tecessoris

*Disputationem ad L. contractus 23. ff. de Re-  
gul. Juris, Commentario ejus ad d.l.  
prefixam.*

II.

CHRISTOPHORI HEN-  
SCHERI Mönsterber-  
gensis Silesii

*De privilegiis methodicam Tractationem ex  
L. privilegia 196. ff. de Regulis Juris  
desumptam.*

(§§) : (§§)

Herbornæ Nassoviorum, Anno 1627.

HEN  
in

Disputa

H  
bo  
qu  
run  
1 Nulla  
fectam def  
monumen  
tare putan  
3 Nos  
ēus eft a  
cultate ab  
tione obl  
ducens.

4 Gra  
five utrin  
5 Et a  
ut juris g  
6 Ho  
dissimilatio



HENRICI BO CERI JCTI

in Tübingensi Academiâ Ante-  
cessoris

*Disputatio ad L. contractus. 23. ff. de Reg. Jur.  
Commentario ejus ad d. L.  
prefixa.*

C O N C L U S I O I

**H**Æc lex contractuum & q. contractuum  
bonæ fidei conditiones tam naturales,  
quam conventionales, quodam verbo-  
rum compendio artificiose explicat.

2 Nullam autem contractus plenam & per-  
fectam definitionem in libris nostri juris aut  
monumentis interpp. nostrorum usquam ex-  
tare putamus.

3 Noscūm definimus in hæc verba, Contra-  
ctus est conventio obligatoria propriâ suâ fa-  
cultate absque juris civilis singulari confirma-  
tione obligationem ad agendum efficacem pro-  
ducens.

4 Græcè vocatur συνάλλαγμα sive μονομερῶς,  
sive utrinque obligationem constituat.

5 Et differt à pacto legitimo, quod similiter  
ut juris gentium semper nudum est.

6 Hodie tamen legitimi juris gentium pacti  
dissinctio sublata videtur, cum ex omni pacto

A 2

4 D I S P U T A T I O

nudo, ut volunt, actio detur, non tamen ut arbitramur, jure canonico, sed potius consuetudine.

7 Porro quasi contractus est quasi conventione quædam, proprio quodam jure (ut Cajus loquitur) obligationem producens, qualis est tutela administratio, negotiorum gestio, item rerum communio, & quandoque etiam solutio indebiti, non semper, siquidem ea interdum proprius & verus sit contractus.

8 Ut autem actiones sic & contractus & quasi contractus alii bona fidei dicuntur, alii stricti juris.

9 Bonæ fidei contractus sunt, quorum actiones legis potestate ejus naturæ sunt, ut ex iis condemnatio fiat ex æquo & bono etiam ultra id, de quo inter partes nominatim convenit.

10 Stricti juris contractus dicuntur, in quorum actionibus condemnatio fit strictè, veluti secundum ea, quæ nominatim in ipsa conventione expressa & nuncupata fuerunt.

11 Atque hoc discrimen legibus canonicis non sublatum, sed potius approbatum esse credimus.

12 Ejusque fædere commodissimè deciditur illa quæstio: An ob dolum in contrahendo admissum, contractus ipso jure nullus sit, necne. Si enim bona fidei contractui causam dederit dolus, ipso jure contractus ille nullus est. Si vero inciderit in ipso contractu dolus, non quidem ab initio contractum reddit nullum, sed is rescinditur omnino, vel reformatur per actionem ejusdem

eiusdem contractus, vel per doli exceptionem. Ad stricti juris contractus ipso jure non vitia-  
tur dolo; sive is causam dederit contractui, sive  
in ipso contractu inciderit: Sed contractus ab  
initio quidem juris subtilitate subsistit, atq; inde  
actio nascitur, verum dolo circumventus inde-  
mnitati sua consilere potest vel actione vel ex-  
ceptione doli.

13 Sunt autem bona fidei contractuum &  
quasi contractuum conditiones, quae hanc lege  
indicantur, Dolus, malus, Culpa, & casus for-  
tuitus.

14 Dolum malum, qui fraus dicitur, inepte  
distinguunt Dd. in dolum verum & dolum præ-  
sumptum.

15 Culpa nihil aliud est, quam negligentia  
sive prætermisso diligentiae. Et tam in omit-  
tendo, quam in faciendo consistit. Eiusque  
gradus tres duntaxat sunt, lata, levius & levissima  
culpa.

16 Lata culpa est prætermisso minimæ dili-  
gentiae, eaque dolo proxima dicitur.

17 Levis vero culpa est prætermisso medio-  
cris diligentiae, qualem diligens & frugi paterfa-  
mil. suis rebus adhibere solet. Et hoc propriè  
culpa dicitur. Unde vox culpæ simpliciter in  
jure posita, intelligitur de levi culpa, nisi materia  
subjecta aliud suadeat.

18 Levissima culpa est prætermisso summæ  
diligentiae qualem optimus quisque paterfamil.  
suis rebus adhibere solet. Eaque ex opposito

## 6 D I S P U T A T I O

diligentia verbo ut in hac lege, ita & plerumque  
alibi significatur.

19 Casus fortuitus est quem nullum consi-  
lium humanum pravidere potest; vel cui hu-  
mana infirmitas resistere nequit.

20 Dolum autem & culpam, licet diversi-  
modè, omnes contractus & quasi contractus  
bonæ fidei naturaliter recipiunt: Nullus autem  
naturaliter recipit casum fortuitum, sed tantum  
ex conventione partium.

21 Et pro regula hic tenendum est. In con-  
tractibus solius dantis gratiâ fiunt, duntaxat do-  
lum & latam culpam præstari: Qui vero utriusq;  
contrahentis gratiâ habentur, capaces esse dolii,  
latæ & levii culpæ. Eas autem qui accipientis  
tantum gratiâ celebrantur, dolum, latam levem,  
& levissimam culpam recipere.

22 Hinc depositum recipit tantum dolum  
& latam culpam, quemadmodum & precarium:  
Quod licet hic inter contractus numeretur, ta-  
men revera neque contractum, neq; quasi con-  
tractum id esse defendemus.

23 Venditum autem dolum latum & levem  
tantum culpam admittit: Licet quantum ad  
solum pretium, non etiam ulterius veluti inter-  
esse, rei periculum venditoris esse non absque  
legum autoritate quidem existiment.

24 Similiter & pignoris contractus præter  
dolum & latam culpam, recipit etiam culpam  
levem.

25 Ejusdem quoque conditionis est locatio  
& con-

quæ con-  
duc-  
tum,

26 Ut  
tur, inter-  
dicitur, q  
eam dat.

catorem  
dum aliq  
27 Sed

nitionem  
qui defin  
concedit,

Conductio  
utendam  
standis pl

28 Pra  
& quidem  
perhuncun  
etiam leven

29 At  
gitur, ma  
minum, l  
(utarbitu

30 N  
dolum, l  
ut & tu  
rum com

31 Ac  
præter d  
levissimam

& conductio, cuius mercedem etiam in alia re quam pecunia numerata consistere posse asserimus.

26 Uter autem locator aut conductor dicatur, inter omnes non convenit. Vulgo Locator dicitur, qui accipit mercedem: Conductor, qui eam dat. Quâ definitione meritò rejectâ, alii locatorum definitiunt, qui dat utendum vel faciendum aliquid: Conductorem qui accipit.

27 Sed & illam, ut non satis accuratam definitionem omittentes, Locatorum appellamus, qui definitâ mercede, vel rem utendam alicui concedit, vel in operis præstandisse alicui offert: Conductorem, qui constituitâ mercede, vel rem utendam ab aliquo accipit, vel in operis præstandis placitum offerentis suscipit.

28 Præterea dotis datio, quæ contractus est, & quidem ex eo contractuum genere, qui perfectiuntur, præter dolum & latam culpam, etiam levem recipit culpam.

29 Atque inde etiam haud obscurè intelligitur, maritum non esse perfectè rei dotalis dominum, licet verè dominus ipsius sit, non etiam (ut arbitrantur) mulier ejus domina habeatur.

30 Negotiorum quoque gestio plerumque dolum, latam & levem tantum recipit culpam, ut & tutela administratio. Item societas & rerum communio.

31 Ac Commodatario autem & mandatario præter dolum latam & levem culpam, etiam levissimam culpam juris autoritate exigimus.

A 4

32 Ethæ, quas retulimus naturales sunt contractuum & q. contractuum conditiones. Partium autem conventionibus effici potest, ut vel plus vel minus in singulis contractibus veniat, sed diverso jure,

33 Si enim ab initio inter contrahentes convernit, ut plus in his Contractibus præstaretur, veluti in contractu depositi, ut præter dolum & latam culpam etiam levis præstaretur culpa, vel in emtione, pignore, locatione, dotis datione aut societate, ut præter dolum latam & levem culpam, etiam levissima præstaretur culpa, vel in mandato, aut commodato ut præter dolum & omnem culpam etiam casus præstaretur, tunc adversarius ejus pacti nomine actori eadem tenetur actione, quæ ex contractu principalí nascitur, non etiam actione præscriptis verbis.

34 Quòd si autem inter contrahentes convernit, ut minus in prædictis contractibus quam illi naturaliter recipiunt, præstaretur, veluti in mandato vel commodato dolus tantum & lata culpa, non etiam culpa levis & levissima, patetum hoc ex parte rei inest illis contractibus, & quidem ipso jure, si in continentí per pacti verò conventi exceptionem, si ex intervallo fuerit subjectum.


35 Diversa autem ratio est pactorum strictis negotiis in continentí subjectorum. Ea enim licet ipso jure prosint reo, etiam non positâ exceptione pacti, modo cōfestim quod detrahant contractibus, tamen si iis adjiciunt aliquid, et si in con-

in continentia, tamen ad actionem actori non  
prosunt.

36 Postremò, ut pactis effici non potest, ne  
dolus in bona fidei contractibus præstetur: ita  
nec culpam aut casum fortuitum precario  
conventione adjici posse arbi-  
tratur.

A 5

CHRI-



CHRISTOPHORI HENSCHERI

Mönsterbergenfis Silesii

DE PRIVILEGIIS  
METHODICA TRACTATIOEx l. Privilegia 196. ff. de Regul. Juris  
desumpta.

## I.

CUM JURA GENERALITER, in his  
quæ ἐπὶ τὸ πλεῖστον, id est ut plurimum ac-  
cidunt; non quæ ἐπιταραχόγε, id est ex inopina-  
to, constitui oporteat; & ad ea potius adoptari  
debeant, quæ & frequenter & facile, quam per-  
raro eveniunt (*a*) non immerito Papinianus,  
summi ingenii vir, legem commune (*b*) præce-  
ptum definit; omnes quia communiter tenet,  
huicque omnes obtemperare decet. (*c*)

*a)* l. jura 3. l. Lex his 4. l. nam ad 5. ff. de legisibus. Novel.  
94.c.2. Seneca lib. 4. de beneficiis c.28. in fin. Multum re-  
fert utrum aliquem non excludas an eligas. Jus fori o-  
mnibus dicitur, pace etiam homicidæ fruuntur. Sua re-  
petunt etiam qui aliena habuerunt. Percussores & domi-  
terrū exercentes murus ab hoste defendit. Legum præ-  
fido, qui plurimum in illas peccaverunt, proteguntur.  
*Quædam* non poterant certis contingere, nisi universis  
darentur. Ex his enim quæ fortè uno aliquo casu acci-  
dere possunt, veluti de resurrectione Lazari, iura non  
constituuntur; nec ullo jure ex positum est, an ejus bona  
ei reddenda, an verò sacerdotibus permittenda. Bartol. ad

d.l. 5.

d.l.s. ff. de legib. Nec obstat autoritas Aristotelis dicentis, sermones nostros circa generalia esse faciliores, sed circa particularia esse veriores, & ut Aretinus ait, *confil. 106. col. 3.* Verba generalia non concludunt subtilibus ingenuis, sed solum grossis. Hac enim referenda ad regul. quâ dicitur: In generali concessione non veniunt ea, quæ quis non esset verisimiliter in specie concessurus, *cap. in gen. d. R. J. in 6.* Ex causa tamen necessaria, & de his quæ raro accidunt, quandoque jura constituantur. Ut de eo qui nascitur, ad monstrum prodigiumve declinans. Et de his qui tergemini uno utero prodéunt, vel quaterni proveniunt, *l. querit 10. l. non sunt liberi 14. l. Are scula 15 ff. de statu hominum. l. si pater meus 36. ff. de solutionib. l. querit 135 ff. de verb. fig.* b) Hinc vulgo dicitur, legem triplici ratione commune esse præceptum. 1. quia communis omnis. 2. quia debet esse communis utilitatis causa constituitur. Jason. *ad d. l. 1. ff. de legibus.* c) Nec princeps legibus, sed legum aut juris duntaxat solemnitatibus solitus pronunciandus, *l. digna 4 C. de legib. l. ex imperfeclio 3. C. de testament. Zafius ad l. Princeps 31. ff. de legib. n. 3.*

## 2.

Etenim ut Medicus imperitè facit, si unam partem corporis curet, alteram negligat: Ita legislator, si de uno hominum genere constituat, alterum sine lege faciat. (a) Nec leges, ut aliqui calumniantur, telis aranearum similes; humiles quæ tantum stringant, potentioribus vero veniam dent: quâ in re si peccatur, non vitio legis, sed ministro legis judici, lege qui abutitur, (b) adscribendum puto.

a) Cicero *de legibus*, *lib. 3. Tusculan. question.*  
 b) Id dum sit, iudicia non sunt delubra æquitatis, sed foreæ fallaces, & cæcæ, in quas si captus ceciderit quisquam, non nisi per multa exili et Iusta, adusque ipsas

medullas excitus. Sicque intelligendus Petronius Arbitrio Satyricus inquiens:

*Quid faciant leges, ubi sola pecunia regnat,  
Aut ubi paupertas vincere nulla potest.*

Et Plautus in *Trinummo*: Mores leges perduxerunt jam in potestatem suam. Ex misera etiam ad paritem sunt fixæ clavis ferreis, ubi malos mores adfigi nimio fuerat æquius. Vide Horat. lib. 3. oda 24. Abusus tamen rei substantiam non tollit. Est enim civilis sapientia, res sanctissima, necessaria, laudabilis, honoris plena, sacra philosophia, vera non simulata, *I. proses. 1. §. proinde 5 ff. de extracrd. cognit. I. iuri. 1. §. cuius ff. de just. & jur.* Dei donum, Speculat. in procem. num. 20. & proinde bona conscientia à Christiano homine & excoli & exerceri potest. Nam cum Magistratus à Deo sit, *Rom. 12*, nec Magistratus sine legibus officio suo fungi queat: siquidem ex legibus quæ justa, quæ injusta sunt condiscit, & quæ hominum facta præmio, quæ poenâ digna, percipit: nemo sanus negabit, jurisprudentiae studium, pium & necessarium esse. Hinc Augustinus inquit: Quis inficias eat, jurisprudentiam magno usui non esse mortalibus? sine qua reges Tyranni nuncupantur; sine qua optimatum consensu factio est: Sine qua domus nec civitas nec hominum genus universum, nec ipse mundus consistere potest. Quemadmodum enim oculorum acies sine pupilla hebetatur: sine gubernatione navis periclitatur: sine auriga currus sæpè convertitur: Ita sine legibus civitas labascit atque vacillat. Neque vero ex his cuiquam persuasum iri cupio, me hic de illa juris scientia saltet loqui, quæ verbi legum clauditur, sed & de ea, quæ in æquitatis & justitiae cultu consistens, nullo legis præscripto satis comprehensa, solam rectam rationem ducem habet, & per quam boni viri judicium, ad constituendum pro rerum circumstantiis informatur, *I. nonnunquam. ff. de judicio.* Priorē probè calluit Scavola, quem Cicero in lib. de clar. orator. Juris peritissimum & præconem habitum suisse scribit, at tam amarē & superstitionē, verbis scriptæ legis hæsisce, ut æquitatem interdum oppugnare videretur. Artem vero æqui & boni, per optimè

opinie non  
juri civilis  
rum, ad æqu  
itatem juri  
dei & effe

Quia r  
luntas ad  
circumsta  
bus iuris  
civis iuris  
fari recē  
contra te  
quam ut  
iure sing  
quedam  
ditam, qu  
las quæda  
munt.  
Oldeca  
s spviliq

Cum  
ditio hu  
bitique  
ut om  
tempor  
servari  
à legis  
propter  
bula, ve  
imprud

optimè noverunt, Servius Sulpitius & C. Aquilius, qui juris civilis rationem nunquam ab æquitate se junxerunt, ad æquitatis rectitudinem omnia referentes, ut non tam juris quam justitiae, boni æquique consultos se videti & esse peroptarent. Cicer. *Philippic. 9.*

## 3.

Quia naturalis ratio, per quam humana voluntas ad politicam vitam dirigitur, in singulas circumstantias circumspicit, num rectè omnibus ius suum distributum sit, unde etiam Græcis νόμος dicitur: tum si quid invenit, quod non satis rectè, sub communī præcepto positum, vel contra tenorem rationis generalis, propter aliquam utilitatem introductum sit, id eximit, & jure singulari donat: Unde Ulpianus singularia quædam præcepta esse ait, circa pecuniam creditam, quasi dicat, extra communes Juris regulas quædam peculiariter obtinent in contractu mutui.

Oldendorp. *in libro de jure singulari.* Petr. Peckius in *s. privilegium. n. 1. de Reg. Jur. in 6.*

## 4.

Cùm enim, ut Imp. Justinianus inquit, conditio humana, semper in infinitum decurrat, nihilque in ea sit perpetuum, (a) fieri non potest, ut omnia laqueis legum innondentur; & sæpe tempora incidunt, quibus legum generalitatem servari iniquum esset, multaque accidunt, quæ à legislatoribus omittuntur, vel ex natura rei, propterea quod plura sunt negotia, quam vocabula, vel ex persona legislatoris, qui quandoque imprudentiâ, quandoque consultò multa omit-

tit, in quorum descriptione & difficilis & infinitus continetur labor. (b)

a) *l. Tanta z. § Sed quia divina. C de veteri jure enucleando.* b) Hinc Aristoteles lib. 5. *Ethicor.* dicit: Ea iuxta, quæ ex consensu & utilitate nota sunt, similia sunt mensuris: non enim omnibus in locis æquales sunt vini frumentique mensura: Sed ubi quidam emunt majores, ubi autem vendunt minores. Eodem modo quæ jura non naturalia, sed humana sunt, non quo cunque in loco sunt eadem, quando ne Reipubl. quidem status, et si unus tantum est omnibus in locis natura optimus. Unum quodque autem jus, & unum quodque legitimum eandem rationem habet, quam universum ad singula: nam ea quidem, quæ aguntur, multa sunt; illorum autem unum quodque unum; universum enim est. &c.

## 5.

Ideoque Papinianus gravissime respondit, (a) quod legibus omissum est, hoc non esse omissum religione judicis & principis, qui quædam eximere à generalitate legis, & singulari jure dare potest. Et Pedius, referente Ulpiano, (b) ait, quotiens lege aliquid, unum vel alterum introductum est, bona occasio est, cætera, quæ tendunt ad eandem utilitatem, vel interpretatione, vel certe jurisdictione suppleri.

a) *l. quæ situm ff. de legibus.* b) *l. 13 ff. de legibus.* Seneca lib. 9. *controversiar. c. 4.* Multa quamvis non excipiuntur, intelliguntur. Et scriptum legis angustum est, interpretatio diffusa est. Corasius de arte iuri, parte 4. c. 1. *de iuri interpretatione & capp. segg.* Illud hic novisse oportet, juris interpretationem esse duplicem: Una, ad intelligendum; altera ad supplendum. Ad intelligendum requiritur ante omnia verborum interpretatio, quæ historica Vartoni dicitur, quæque in omnibus primas obtinet: Deinde mentis & rationis, quæ Etymologia nominis.

nominatur: Nam scire leges non est verba earum tenere, sed vim & potestatem. Ultimò locorum vel adversantium, vel correspondentium collatio, quæ analogica dicitur: nam non est novum, ut priores leges ad posteriores, & contrà posteriores ad priores trahantur, *l. non est novum. ff. de legib.* Ad supplendum subinde est necessaria principis autoritas, si res, quâ de agitur, latè pateat, & maximi momenti sit: Nam ejus propriè quod deest supplere, cuius est ab initio condere, *l. per ult.* *C. de legib. & const. princip.* Subinde judicis, si res expedita sit & facilis; nam jus prætorium ad nullum alium usum introducetum est, quâd adjuvandi, supplendi, corrigendi juris civilis gratiâ, cuius etiam quasi viva quædam vox esse censetur, *l. jus autem. ff. de iust. & jur.* Subinde Jureconsulti, si res spinosior & intricatione fortè sit: nam hoc evenit naturaliter, ut autoritas prudentum desideretur & disputatio fori. In omni autem interpretatione oportet meminisse: Minimè mutanda esse ea, quæ interpretationem certam semper habuerunt, *l. minimè. ff. de legib.* Item incivile esse, nisi totâ legè perspectâ, unâ aliquâ particulâ ejus propositâ, judicare vel respondere, *l. incivile. ff. de legib.* Adhac benignius leges interpretandas in ambiguis, quo voluntas earum conservetur, *l. benignius. ff. de legib.* Seneca *libr. II. epist. 82.* Semper quicquid dubium est, humanitas inclinat in melius. Præterea nullam rationem juris pati, ut quæ salubriter pro hominum utilitate introducuntur, ea nos diuine interpretatione contra ipsorum commodum producamus ad severitatem, *l. nulla. ff. de legib.* Demique non omnium, quæ à majoribus vel absconditâ aliquâ ratione, vel pro ratione temporum constitutâ rationem reddi posse, *l. non omnium & seq. ff. de legibus.*

## 6.

Jus verò quod sic seorsim & sigillatim constitutum est, privilegium vulgo appellatur, (a) non propterea, quod ipsam legem vi & effectu suo privet, ut perperam censuit Accursius. (b)

Imò interpretatur & supplet magis eam, ea in parte, ad quam lex & regula generalis, salvâ iustitiâ & æquitate porrigi non debet: sed quia tanquam privatæ leges, ut Cicero ait, & in privatum rogationes, privilegia sunt, & in privatum feruntur, videlicet non communiter ad omnium, sed privatorum usum. (c)

a) c. *privilegia distincti. 3. l. jus singulare 16. ff. de legibus quacum l. 8. itid.* haud quamquam commisceri debet. Jus enim singulare propriè dictum, non quòd in singulas personas, sed quòd in plures personas ejusdem conditionis constitutum quandoque paulatim aberrat à regulis juris; ut privilegia dotium, privilegia fisci, privilegia domus Augustæ, privilegia creditorum & his similia. Privilegium verò quòd de unâ personâ concipitur. Nam ut decla. 154. Quintilianus tractat in præsens tempus de singulis ferri leges possunt, ut de Menandro l. 5. §. ult. de cap. & p. s. de Hostilio Mancino l. ult. de legat. & privilegia utique hæc sunt propriè. Nam veteres priva dixeré singula, ut Lucilius his versibus. Ad cænam adducam, & primum hisce abdomina Thynni Adventinentibus priva dabo cephalæaque acarnes: Cujacius lib. 15. observat. cap. 8. Gellius lib. 10. c. 20. b) Oldendorp. *de jure sing. & Jafon. in l. miles n. 10 ff de re judicata.* c) Cicero lib. 3. de legibus. Isidorus in c. *privilegia distincti. 3. Borcholt. ad §. final. Inst. de just. & jure.*

## 7.

Ne illi audiendi, privilegia legibus duodecim tabularum (a) prohibita esse, qui contendunt. Hæ enim maximo cum delectu atque consilio ea concedi volunt. Sic & Cicero intelligit. In privatos homines, inquiens, leges ferri noluerunt, id est enim privilegium, quo quid est iniuius? Cùm legis hæc vis sit; scitum esse & jussum

jussum in omnes; ferri de singulis, nisi centuriatis Comitiis, noluerunt. (b)

a) Duodecim illæ tabulæ concisâ & planè admirabili brevitate, nullis (ut ex iis quæ supersunt existimare licet) nisi prorsus necessariis verbis perscriptæ fuerunt. Harum præstantiâ magnorum virorum autoritate eloquiisque hinc inde confirmatur, in quibus illud Livii memorabile est: *Hic, inquit, nunc quoque in hoc immenso aliarum super alias acervatarum legum cumulo, fons omnis publici, privatique est juris, lib. 3. & Cicer. lib. 1. de Orat.* Fremant omnes licet, dicam quod sentio, bibliothecas me herculè omnium Philosophorum unus mihi videtur XII. Tab. libellus, si quis legum fontes & capita viderit, & autoritatis pondere, & utilitatis ubertate superare. b) Cujacius lib. 15. obs. c. 8. legi XII. tab. addi non vult, nisi magno comitiatu, quod ad sequens duntaxat caput 12. tab. pertinere ait, de capite civis nisi per maximum comitiatum, illosque quos censores in partibus populi locasint, ne ferunto. Et quod ait M. Tullius, ferri de singulis, nisi centuriatis comitiis noluerunt, de singulis, id est, de singulorum capite, centuriata capitis comitia rata esse, tributa rata non esse. Sed contrariam lectionem in loco ex lib. 3. de legib. Cicer. citato defendit Oldendorp. *ad l. XII. Tabel. c. 16.* quæ nec Hotomanno displiceret.

## 8.

Audis? leges non esse ferendas de singulis. Item comitia esse adhibenda maxima, ut certâ ratione concedantur privilegia, veriti enim sunt prudentissimi viri, ne passim sine delectu, concederentur, privatæ leges, indignissimis hominibus; & ne tandem, per hanc occasionem, totius juris observatio dissolveretur, facerentque vilissimi quique, quid vellet, confidentialia priviorum.

Oldendorp. *ad leges XII. tab. c. 16.*

B

9.

Definiri autem potest privilegium, specialis quædam indulgentia juris, contra communem civilium ordinationum tenorem, propter aliquam naturalis æquitatis rationem, certâ constituentium autoritate introducta.

c. *privilegia. distincti. 3. c. Abbati. 25. de V.S. Goffred. & Hostiens in summa extr. de privilegiis nu. 1.* Porro quæ sint bona definitionis leges ex logicis discendum. Illud hic notandum, apud Ulpianum in l. omnis definitio de R.J. Verbo definitionis, non designari orationem talem, quâ propria rei substantia, per genus & differentias explicatur: Sed brevem & circumscriptam quandam juris sententiam, quam Jureconsulti Regulam, Dialectici Thesem seu Positionem, & Medici Aphorismum nuncupant: ut titulus de diversis regulis juris antiqui, cui Ulpiani lex subjicitur; Ostendit, & quod in simili Pomponius apud Marcellum ait, quando mora fieri intelligatur, definitionem esse difficilem, l. *mora. ff. de usurie. Coras. de arte juris. parte 1. c. 2.*

IO.

Sic enim verba Pauli Jureconsulti. Contra tenorem rationis, intelligenda sunt, non de naturali ratione, quam hominum autoritas vincere nequit. (a) Nam si naturali æquitati adversetur, tyrannis & everticulum civitatis erit, non privilegium. (b) Et quamvis à jure communī variet, ex jure tamen interpretationem capit, diviniq; & humani juris limites transilire nequit. (c)

a) §. *Sed naturalia. Instit. de jure nat. gent. & civili. Borcholt. ibid.* Verum eatenus jus naturale immutabile est, quatenus jus remanet, hoc est, quamdiu justum illud naturale habet rationes & æquitatem, quibus justum dicitur. Mutabile enim fit, quando subducit̄is columnis

Iuris rationis & æquitatis justum dissolvitur. Quod accidit, quando rationes, quæ æquum statuebant, aliis subortis causis novis, incipiunt minui, & superantur alia majori æquitate: Ut si quod antea proderat, alio admissiculo incipiat esse nocivum & perniciosum. Petr. Gregor. in *syntagm. iur. civ. lib. 11. c. 1. n. 8.* Sic quamvis jus naturæ est, ne quis locupletior fiat, cum alterius jactura & damno, *l. nam hoc natura. ff. de cond. indebiti.* *l. jure naturæ de R. J. & hominem augere suum commodum hominis incommodo,* magis sit contra naturam, quam mors, quam paupertas, quam cætera, quæ homini accidere possunt. Cicero *lib. 3. Offic.* Tamen contra hoc jus usucatio est introducta, *l. 1. ff. de usurp. & usucap. bono publico,* ne rerum dominia diu & ferè semper incerta essent. b) *Arg. l. ult. Cod. si contra ius vel utilitat. pub.* c) *Elinus in c. cum venissent, de judiciis.*

## II.

Accidit quidem plerumque, ut idem contineat, quod jus commune; (a) quod cum fit, non tam privilegium est, quam esse putatur, ut infra tradetur. Sed hoc inde fieri credibile est, quod sepe tam qui concedit, quam qui impetrat, juris ignarus est, & singulare jus esse arbitrantur, quod legibus comprehenditur. Vel certe hoc ideò fit, ut magis timeantur, quæ magis specialiter conceduntur.

a) c. in *causis de procuratoribus.*

## 12.

Species privilegiorum à doctoribus finguntur variæ, dum privilegium faciunt aliud personale communiter, aliud singulariter, aliud corporale, aliud mixtum, aliud alio nomine. Sed cum nulla usquam in legibus extent exempla abstrusorum ejusmodi vocabulorum; à fontibus ipsis veritas petenda.

B 2

Doctorum autoritas non quidem contempnenda, sed ita, ne legibus præponatur. Ita nec communis opinio semper defendenda, si appareat communem opinionem esse falsam, vel aliás evidentissimis rationibus eam subverti posse per l.i. §. Sed neg. c. de veter. iure p. 1. ubi dicitur. Sed neque ex multitudine autorum, sed quod melius est judicatore, cùm possit unius forsitan & deterioris sententia, & multos & majores in aliquā parte superare, Geil. lib. 1. obf. 153. n. 6. 7. 8. ubi quoque judicium Zafii de autoritate Accursii refert. Imò constat communem opinionem progressū temporis mutari, ut quæ opinio ante aliquot annos communis fuit, hodie deferit esse communis, & contraria facta sit communior. Jul. Clarus §. testamentum. quaest. 77. vers. Contrariam verò ibi, dicit etiam Socinus. Turzan. com. opin. 160. n. 3. Villalob. com. op. 107. ibi, licet verum sit, & §. communis opinio. & Fichard. in addit. ibid.

## 13.

Ideoquæ Modestinum Jureconsultum laudamus, qui privilegia quædam causæ, quædam personæ constituit, (a) cui & Paulus (b) adstipulatur, spectandum inquiens, utrum conditio personarum, an verò causarum & actionum circumstantia id exigat, ut à communi lege eximantur.

a) *l. Privilegia 196. de R.J.* b) *l. in omnibus. de R.J.*  
*c. privilegium de R.J. in 6. l. cùm patronus de legat. 2.* Quæ quidem divisio ex variis privilegii causis desumpta est. Porro illud circa divisionem observandum, Jureconsultos aliás saepissimè partes cum speciebus confundere: quod enim partes & totum dicere debent, plerunque genus & species appellant, *l.i. in pr. ff. de lib. agnoscend. q. plebiscitum de jure nat. gent. & civil.* Corasius de arte juris par. 1. c. 11.

## 14.

Causæ privilegia sunt, quæ certè alicui causæ,

feu

seu generi actionis tribuuntur, ut causæ matrimoniali fisci, dotis decimarum, & quoties ea causa est, quæ reliquis persecutionibus, antefertur, non quidem propter personam, quæ experitur, sed quia causa vel genus actionis ejus conditionis est, ut cæteris merito anteponatur.

Dd. in d.l.in omnibus. & l.privilegium. ff. de R.J.

## 15.

Personæ privilegia dicuntur, quæ proximam causam à personâ habent, quando persona proxima beneficij causa est, & quæ principaliter personæ gratiâ conceduntur; scilicet quando vel nominatim personæ exprimuntur propriis suis nominibus, ut persona Titii & Seji, vel communiter & cum qualitatis designatione, ut cum conceditur privilegium, minoribus, professoribus, vel aliis nominibus eorum, non aliter expressis.

Arg. c. Volentes de officio legati.

## 16.

His addi possunt privilegia realia, quæ dignitati, Ecclesiæ, civitati, collegio, universitati, rei, vel alicui loco concessâ sunt.

c. cum olim 14. de privilegiis & excessibus. Dubium si est, an privilegium sit personale vel reale, recurritur ad intentionem concedentis illud l. Neratius ff. de R.J. quod si concedens non poterit haberri, intelligitur reale nisi contrarium probetur, l. beneficium ff. de const. princip. Speculator. de instru. edit. §. 11. n. 6.

## 17.

Porro quadam privilegia, perpetuam atque

B 3

constantē habent rationem, in natura positam; perpetuō etiā iis competunt, quibus data sunt; & cōsequēter describūtur inter reliquas leges pérpetuas, q̄ Doctores generalia, (a) seu corpori juriis inclusa vocant, eaq; nemini ignorare licet. (b)

a) Franciscus Lucanus *in tr. de fisco nū. 3. per c. Sand.*  
*ubi gl. ext. de priuilegiis & facultatib. Leges generales in pr. junctio*  
*g. fin. c. de legib. b) Jacob. de Belloviso lib. 2. pract. crimi-*  
*nal. c. 3. n. 13. facit l. ult. § pen. ff. de juris & facti ignorantia.*

18.

Hujus generis est funeraria actio privilegiata, quæ datur heredi ejus, qui negotium defuncti vel heredis gerens, impensum fecit, eo animo, ut ricerperet, cum sine his sumptibus funus duci nō posset, ut puta, si quid impensum in illatione mortui, vel in locum, in quem infertur parandū, vel in corpus custodiēdū, aut vestiendum, (pre-tiosiores enim vestes detrahēdæ sunt, sicut & or-namenta) vel deniq; si quid aliud, p̄ cōsuetudine loci, pro dignitate mortui, & p̄ quantitate rei fa-miliaris, impensum fuerit, propter corpus fune-randum. Hujusq; actionis tantus est favor, ob religionem, ut hæc impensa ante omne creditū, cūm bona solvendo non sunt, ex hereditate de-ducatur. (a) Quod & ad eas expensas, quæ ob morbum defuncti, putā in Pharmacopolio con-tractæ sunt, extendi consuevit. (b)

a) *l. quæsitum 2. ff. de privilegiis creditor. l. si quis 12.*  
*§. 3. & l. & si 14. §. 6. ff. de religiosis & sumpt. funer.* Funeri rectè celebrando, cur tanta privilegia indulta sint, nō est quòd novum alicui videatur. Non enim apud Romanos veteres solum maximis ceremoniis res hæc peragebatur: Verūm etiā apud exterias nationes id receptū fuisse me-moriæ traditum est: ut prolixè docet Vanderan⁹ *in tr. de*  
*privilegiis.*

*privil. creditor. c. i. de iis quibus privilegia competunt, &c.*  
 Adde quod hominē mortuū sepeliri debere, natura, humanitas, verecundia & salubritas R. eip. docuit. Hinc etsi facilis est jaictura sepulchri, tamen qui superstites sunt, tam barbari esse non debent, nullā ut habeant humanitatis rationem: Et merito cautum reperitur, ne mortui corpus debitoris sisti seu arrestari possit, sub pœnā amissionis debiti & aliis Divali constitutione comprehensis, l. cum sit. c. de sepulchro violat. Boët. decisi. 287. Ripa in tr. de peste. c. de præserv. remed. n. 101. Didacus Covat. lib. 2. variar. resol. c. i. n. 10. Robert. Maranth. par. 4. distin. 11. n. 58.  
 b) Jalon. in l. fin. §. in cōputatione. c. de jure deliberandi per l. 3. §. in restituenda 4. c. de pet. heredit. & l. 3. c. de relig. & sumpt. funer. Landrechte lib. 1. artic. 22. gl. arr. 6. n. 2. lib. 1. Weichbild art. 26. Welsenb. in par ff. de rel. & sumpt. fun.

19.

Sic Senatusconsulti Macedoniani privilegium, in filiofamiliās, patre & fidejussore perpetuam causam habet, si contra illud, nescio patre, extraq; causas, quæ patris oneribus, incumbunt, filiofamiliās mutuum datum fuerit, quo nomine actiones creditorī denegantur.

Toto tit. ff. & C. de Sen. Maced. & l. 9. §. 3. ff. ibid. de fidejusso quæ loquitur. Huic privilegio causam dedit, improb⁹ sc̄enator Macedo (unde & Macedonianū appellatur) qui flagitiōsè adolescentibus filiisfa. pecuniam ad quemvis luxum, incertis nominibus credebat: Sic ut tandem ære alieno obruti in quodvis flagitiū, ac mortis etiā paternæ cogitationem impellerentur, quo hereditatē ipsi egentes creditoribus concedere possent, §. pen. Inst. quod cum eo qui in aliena pot. Cui malo salutare remediū hoc S. C. inventum est. Melius est enim coarctari juveniles calores, ne cupidini dediti, tristem sentiant exitū, qui nos post dispersum expectat matrimonii, l. fin. §. ipsum. C. de bonis qua liberis. Loquitur verò de mutuo pecuniæ: Unde ad alias res non pertinet, l. 3. §. is autem 1. sed si. §. 1. ff. de sen. Maced. Sicut nec ad ea, qua studiorum causā filius sumperit, l. que pater. ff. fam. heredit. Welsenb. in par. ff. de sc̄t. Macedon. n. 8. per l. 7. §. 13. ibid.

B 4

20.

Fidejussores quoque diversa habent beneficia, sive remedia, quibus juvantur, duo antequam solvant, & duo post factam solutionem. Primum privilegium est actionis mandati, quod habent adversus principalem debitorem, pro quo fidejusserunt & solverunt, ad repetendum id, quod pro eo solutum est. (a) Secundum est actionum cedendarum, ut scilicet à creditore actiones ei cedantur, (b) qui solidum solvit, ut adversus fidejussores ad viriles portiones agere possit: (c) Et haec duo, tendunt ad consequendum id quod solutum est.

a) *I. si fidejussores C. mandati. I. qui fidem, I. ex mandato. §. I. l. inter causas. §. is qui. ff. eodem. §. si quid autem. Inst. de fidejusserib. etenim mandasse intelligitur debitor, ut fidejussores solveret, I. indebitam ff. de condicione indebiti. Hacque actione consequitur fidejussores non solum, id quod solvit, verum etiam damna & interesse, c. 2. extr. de fidejuss. L. inter causas. §. impendia. I. que mutuum. ff. mandati. Colerius de processib. executi. par. 4. c. 1. n. 88.* b) *Hoc beneficium cælo quasi lapsum & donatum est fidejusseribus, I. fidejusseribus 17. l. cum is 36. l. ut fidejussores 39. ff. de fidejusseribus. Hartm. Pistor. lib. 1. quest. 48. n. 4.* c) *Colerus de processib. executi. par. 2 c. 2. n. 11. Francus in tract. de fidejusseribus. c. 5. n. 489. & seqq. ubi duabus conclusiōibus hanc questionem eruditè declarat.*

21.

Tertium est ex Epistola Divi Hadriani, quæ inter fidejussores obligationem dividit, non ipso jure, sed oppositâ exceptione. Plures enim fidejussores pro aliquo intervenientes, ipso jure singuli in solidum obligantur, quamvis hoc in obligationis instrumento expresum non fuerit, cum

cum id naturâ obligationi insit. Quare in arbitrio creditoris est convenire, quem velit, etiam reo debitore non convento, siquidem singuli principalem obligationem fide suâ jussent.

*L. non recte 3. l. reos 23. C. de fidejussoribus. § si plures. Inst. eodem. l. liberum 16. l. iure nostro. C. de fidejussorib.*

## 22.

Quod si unum elegerit, eo non satisfaciente, ad alium transfire, eundemq; in solidum exigere poterit: nec enim electione à creditore facta, cæteri liberantur. (a) At si ab initio in viriles partes obligatio concepta fuerit, veluti solidum aut partes viriles fide tuâ esse jubes, non nisi partes exigi possunt, quod idem est, si ipse creditor obligationem dividat. (b)

*a) l. reos. & l. iure nostro. C. de fidejussorib. b) l. inter eos si. ff. de fidejussorib. Mynsinger. in § si plures. n. i. Inst. de fidejussorib.*

## 23.

Verum Divus Hadrianus, singulari æquitate, atq; commiseratione quadam erga fidejussores inductus, istud ipsis beneficii, (quod beneficium divisionis appellat) concessit, ut pluribus fidejussoribus obligatis, creditor actionem dividere, atque à singulis viriles portiones exigere cogatur.

*L. non recte. l. fidejussor. C. de fidejussorib. l. inter fidejussores. l. inter plures. ff. eodem. § si plures. Inst. eod. l. i. § nunc tractemus. ff. de tut. & rat. distrab. l. fin. C. de constit. pecun. Paulus lib. i. sent. tit. 20.*

## 24.

Quod si creditor, unum ex fidejussoribus

B 5

convenerit, ab eoq; totum consequutus fuerit, hujus solius detrimentum erit; nec à creditore istud quod ultra suam portionem solverit, repertere potest, cùm in solidum fuerit obligatus. Sibi itaque imputet; quod totum solvit, & beneficio Epistolæ, Divi Hadriani usus non est.

*L. ut fidejussor. l. si testamento 49. s. i. de fidejussorib.*

## 25.

Ita demum tamen fidejussores hoc privilegio utuntur, si non inficiantur se fidejussores esse. Inficiantibus enim auxilium divisionis indulgendum non est. (a) Ut nec tum locum habet, quando tempore litis contestatae contestandæve unus tantum fidejussorum solvendo est, reliqui non sunt, vel ante divisionem ad inopiam redacti: qui solvendo est, in solidum, reliquorum portiones sustinet. (b) Item si huic renunciaverint, quòd facere fidejussores posse, dubium non est, cùm omnes habeamus licentiam renunciantiis, quæ pro nobis introducta sunt. (c) Vel si fidejussores ad factum aliquod sese obligaverint. (d)

a) *L. si dubitet. 10. §. ita demum. ff. de fidejussoribus. Auton. Gabriel. Roman. lib. 5. com. conclu. tit. de acq. vel amittend. pos. conelus. 5. nu. 13. Dn. præceptor Borcholt. de feud. c 8. n. 116.* b) *L. inter fidejussores 26. ff. de fidejussor. l. fidejussor. C. eod.* c) *L. si quis in conscribendo. C. de paci. L. quod favore. C. de legibus. Colerus de processibus execut. per. i. c 10. n. 349.* d) *factum enim, veluti fossam fodere, insulam ædificare, pro parte præstari non potest, l. stipulationes non dividuntur. ff. de V. O. l. heredes. §. an ea. ff. famil. heredit. cund. cùm sit promissio personæ cohærens. Ex quo sit, ut in obligationibus obstatiorum, in Vor- schreibungen oder Vorpflichtungen zum eyreiten/di- visionis*

visionis beneficio locus non sit relictus. Modestin. Pistor,  
*confil. i. n. 18. vol. 2.* Et quamvis talia obstagia perniciosa  
 sint Reipub. Sumptuosi fideiussoribus, exitiosa reis, la-  
 boriosa magistratibus, ipsimmet creditoribus ad solutio-  
 nem remora, & equitati & legibus scriptis cōtraria: ideoq;  
 ordinatione Imperii anno 1548. aliquantulum coarctata:  
 quā quidem extra Imperii limites evocati fideiussores  
 verat: In Imperio tamen permettere videtur Gail. *lib. 2.*  
*obs. 45. nu. 2.* & *intr. de pace publica lib. 2. c. 2. n. 5.* Modest.  
 Pistor. *par. 2. confil. 1. n. 9. confil. 103. n. 82.* Eaque merito  
 Elector Saxonie Augustus in suis provinciis extermina-  
 yerit *par. 2. confil. 22.* & plerique bene constitutæ Resp.  
 respuant atq; abominentur, quemadmodū & anno 1577.  
 Camera Imperialis ea publica lege interdixit: tamen  
 cū ex inveterata consuetudine tam altè radices ege-  
 rint, ut evelli vix queant, & hujusmodi obligationes  
 etiam inter principes personas non sūnt raræ, sanè tan-  
 quam ulcus in corpore, multis in locis tolerantur, & to-  
 leranda sunt, donec imperatoria prohibitione generali in  
 toto imperio huic morbo salutaris medicina fiat. Valent.  
 Franc. *de fideiuss. c. 4. n. 1. 23.* Illud etiam sciendum, si fidei-  
 iussor se facturum, ut aliquid detur vel fiat, promiserit,  
 quod exactè teneatur, rem effectui dare, modò jure fa-  
 ctum sit, quod ab ipso fideiussore præstari possit, *I. ult.*  
*S. fra. ff. de reb. creditu.* & ibi Dop. Maranth. *duput. 7. n. 20.*  
*& seqq.* & Alciatus in *l. si pulario ista. ff. de V.O.*

## 26.

Sed dubium hīc oritur, si instrumento obli-  
 gationis ejusmodi clausula inserta fuerit.

Wir versprechen vns auch hiemit vnd sagen zu dass  
 vns vnd vnsere Erben in dīser burgschafft keiner Herren-  
 gebott noch verbott geistliches noch weltliches Rechtes  
 oder Gerichts/ Bann oder Acht/ Begnadung oder Pri-  
 vilegien, noch nichts/ das vns zu hinderung der begah-  
 lung möchte vortrāglich/vnd dem Glaubiger nachthei-  
 lig seyn/ schützen/freuen noch vertheidigen solle/ sondern  
 haben vns hiemit wolsbedächtig für vns vnd vnsere Er-  
 ben aller Exceptionen wie die Namen haben/vnd als

wann die alle in der Vorschreibung ausdrücklich benennet weren/gänzlich vnd wolbedächtig vorzeihen vnd begeben.

An ejusmodi renunciatio, beneficium divisionis admittat? Et quamvis rationibus iuris civilis probari possit, ipsa quoque generalitas verborum, quæ cum effectu intelligi debent, id evincat; Fidejussores tali clausulâ, omnibus privilegiis sibi competentibus renunciasse. Contrarium tamen, quod videlicet generalis renunciatio non sufficiat, sed requiratur specialis enumeratio eorum beneficiorum, quibus quis renunciare intendit, magni nominis Jureconsulti defendant, quorum opinio autoritate Electoris Saxonici confirmata est. *par. 2. conf. 17.*

De hâc quæstione mira est interpretum dissensio, atq; opiniones diversæ. Una fuit Martini glossatoris: alia Johannis: Bulgari alia: diversum sentiebat Azo, Odofredus diversum: hoc Nicolaus de Matarellis, illud Guilielmus de Cunib. de quibus omnibus vide Thominium *de iis. 1. & Matth. Coler. de proceſſ. exercit. par. 1. c. 10. n. 385.* Valent. Franc. *in tr. de fidejussor. c. 5. n. 36.*

## 27.

Quartum fidejussorum privilegium, est ex novâ Justiniani constitutione, quâ creditor fidejussorem convenire prohibetur nisi priùs excusso principali, qui si vel absens fuerit, vel non solvendo, convenitur fidejussor; Unde fit, ut alio nomine beneficium excussionis appelletur.

*Auct. presente. C. de fidejussor. Novel. 4. c. 1. Auct. hoc si debitor. C. de pignorib. & hypothec. Hocque beneficium æquitatis haber plurimum, ne fidejussor, qui gratis intercessit, istud suæ benevolentiae damnum ferat, ut priùs hasce actionis molestias, persentiscere cogatur, quam reus: quod quidem longè meliore conditione esse debuit. Valent. Franc. *in tr. de fidejussorib. c. 5. n. 141.**

## 28.

Causæ etiam privilegium est, quod in *l. tem-*  
*pus. ff. de*

pus. ff. de re judicata , judicato conceditur. (a) Item persecutio ejus, quod ad rem conservandam impensum est, (b) Item Senatusconsulti Vellejani exceptio, quam etiam mulieris heredes & fidejussores allegare possunt, siquidem Senatus totam obligationem improbat, quoties mulier pro alio intervenit. (c)

a) Illud enim etiam heredibus ejus cæterisque, qui in locum ejus succedunt, tribuitur, vid. l. ult. C. si pendent. appellat. b) l. qui in navem. l. quod que navu. ff. de privilegiis creditor. l. creditor qui. ff. si cerium petatur. l. interdum, cum seq. ff. qui poriores in pignor. hab. Novel. de aequalitat. dot. §. ho consequens, qui textus omnes iis duntaxat creditoribus, qui in rem instaurandam vel conservandam crediderint, privilegium indulgent. Illi enim qui in conficiendam sive extruendam rem, pecuniam crediderint, eo duntaxat privilegio, quod inter personales creditores vertitur, honorantur. Vanderanus in tr. de privileg. credit. c. 8. per l. qui in navem. c) l. mulierem. 24. l. heredes 20. C. de Sct. Vellej. & tot. tit. ff. ibid. Hocque privilegium deceptis mulieribus, non decipientibus auxilio est. Infirmitas enim foeminarum non callidas auxilium demit. Etsi verò probabiliter defendi potest, Mulierem huic beneficio etiam extrajudicialiter recte renunciare per rationes, l. pen. C. de partu. & l. ult. §. si mulier. 4. l. 8. §. 10. & pen. ff. ad s. Vellejan. Praxis tamen ab hac assertione recedit, & requiritur, ut renunciatio fiat in judicio, & mulier in specie de hoc beneficio certior redatur Gail. lib. 2. obs. 77. Villalob. in tr. com. opin. lit. M. n. 97. Hyppol. de Marsiliis in rubr. de fidejussorib. n. 37.

29.

Iisdem annumeranda privilegia piarum causarum, quæ versantur circa relicta Ecclesiis, Orphanotrophis, Asciteriis, Xenodochiis; item circa legata in refectionem pontium & viarum, pro custodia civitatis, &c, ut Tiraquellus loqui-

tur, pro fortificatione patriæ, sive refectio-  
morum &c. de quibus latè videndus Tira-  
quellus in tr. de privilegiis piarum causarum.

30.

Etsi verò aliqui etiam actionem de dote pri-  
vilegiatam esse contendunt, contrarium tamen  
verius est. (a) Privilegium enim habet mulier,  
quæ dotem repetit, & vir à quo repetitur, privi-  
legio utitur: mulier ut præferatur omnibus  
creditoribus, (b) vir ut in id, quod facere potest,  
condemnetur. (c) Utrumque personale est: &  
ideo ad heredem extraneum non transit; heres  
mariti damnatur in solidum: heres uxoris non  
præfertur creditoribus.

a) *L. maritum & seq. ff. solut. matr. l. un. C. de privile-  
gio doti.* Cujacius ad l. 69. de Regul. Juris. & ad l. assidus.  
*C. qui potiores in pignore.* b) *l. assidus. C. qui porior. in  
pign.* quia publicè interest dotes mulieribus conservari,  
ut nubere possint, & operam dare justis liberis procre-  
andis. Et maximè necessarium in Republica, ut numer-  
us civium augeatur. Nam etsi nuptiæ consistant sine  
dote, *l. fin. C. de donat. ante nupt.* tamen sunt paucissimi,  
qui velint ducere indotatas: & ob id publicè interest, ut  
dotes iis conserventur, quæ sunt earum propria patri-  
monia, & plerunque sola, hinc Justinianus ait *in d. l. assi-  
diis*, plerunque substantiam mulieris penè totam in  
dote constitutam esse, vid. Gail. lib. 2. obseru. 25. ubi ad-  
firmat suo tempore Assesores Cameræ Imperialis sem-  
per pronunciasse, mulierem ratione tacita hypothecæ  
non præferti creditoribus, qui expressam hypothecam  
anteriorem habent. Colerus de process. execut. par. 1. c. 2.  
num. 189. Welsenbec. consil. 25. & 59. Henning. Göden  
consil. 188. Schurfius cent. 1. consil. 22. Constit. Eleitoralis  
28. par. 1. Illud tamen circa hanc quæstionem obser-  
vandum, privilegium quod datur mulieri per d. l. assidui,  
non habere locum in dote confessata: & adeò ad exclu-  
dendum

dendam priv-  
petit & op-  
maritum. ff.  
in aliis credit  
jici possunt,

Idem de  
pupillis ag-  
non heres.  
fiam datus  
privilegium  
tur, habitu  
L. 19. f. 1. ff.  
nuptiis stat. C.

Simili-  
rit heredit  
idemque el  
si plei resti  
fariam acti  
exceptio,  
nale bene  
hunc dabi  
dari non  
ceptiones  
fidei com  
ceptio do  
non uthen  
personas, i  
non potin  
L. de ut. f  
ffibid. Pet.

dendum privilegium exceptionem non numeratae dotis perpetuae opponi posse. *Dinus singulari 153. c) d.l. maritus. ff. solut. matr.* & ibi Zafius, quod non procedit in aliis creditoribus, qui judicati etiam in carcetem, con*judicii possunt, l. 24. ff. de re iudicata.*

31.

Idem de actione tutelae dicendum est, qua si pupillus agit, ipse quidem aliis præfetur, sed non haeres. Quapropter nec procurator, in rem suam datus, a contutoribus, & condemnatus, privilegium pupilli, quod hujus heredi non datur, habiturus est.

*L. 19. §. 1. ff. de reb. aut. judic. l. ex pluribus. ff. de admiss. iur. Cujacius in lib. 60. Pauli ad editum pag. 103.*

32.

Similiter si legatus tempore legationis adierit hereditatem, in eum actio non competit: idemque est si ei restituta fuerit hereditas. Quod si ipse restituerit alteri, dabitur in fideicomissarium actio, nec Trebelliani, ait Jureconsultus, exceptio, ex persona legati obstat, quia personale beneficium est: q. d. non ideo minus in hunc dabitur actio, quod in heredem legatum dari non potuisse, ex Trebelliano autem & exceptiones & actiones quas heres habuerit, in fidei commissarium transiunt. Nam haec exceptio domum revocandi competit heredi, non ut heredi, sed ut legato, eratque beneficium personæ, ideo transferri ad fidei commissarium non potuit.

*L. de eo. ff. de iudicio. l. Sed et si restituatur. §. contra. ff. ibid. Petr. Faber ad l. 68. de Reg. Jur.*

33.

Illustrium quoq; personarum privilegia corpori juris inserta sunt, qualia sunt: ut de eorum criminibus nemo cognoscat inconsulto principe, ut sive civiliter sive criminaliter conveniantur, non satisdatio, sed re promissio juratoria judicio sistendi causa, ab eis exigatur, cui tamen si non paruerint, hanc perjurii pœnam ferunt, ut in civili causa mittatur alter in possessionem, in criminali spolientur illustri dignitate, & inconsulto principe damnentur. Item ut non nisi ex scripto convenientantur: Nudâ igitur executoris voce impunè non pârebunt. Tandem ut re ipsâ administrantibus vel etiam honorariis liceat ad sacram comitatum venire, sine sacrâ revocaturâ,

*L. si gravius. 16. l. quoties 17. C. de dignitatib. lib. 12. & ibi Cujacius.*

34.

Varia etiam privilegia habent aliæ dignitates, valetudinarii, senes, ex quibus unicum addere lubet: Si eorum testimonium in judicio desideretur, oportet eis jusjurandum domum mitti, ibique notario excipiente, testimonium rogare: quia ad judicium venire non sunt cogendi, propter eminentiam & publicam honestatem, quæ conditionibus eorum ineſt, cujus in locum in valetudinariis succedit necessitas.

*L. ad personas 15. ff. de jurejurando. Novell. 123. cap. 7. Novell. 124. c. i. ver. / simulier. Novel. 1. c. i. §. 1.*

35.

Nec literatorum Imperatores immemores fuerunt,

fuerunt, illis dum multa privilegia, veluti virtutis præmia concederunt, qualia sunt quæ in constitutione Friderici fulgent. Quamvis multi ista studiosorum privilegia gratiæ captandæ, & majoris autoritatis causâ ita attenuant, ut longè iniquior studiosorum ferè sit conditio, quam vilissimorum hominum. Quorum tamen, ut Fridericus Imperator loquitur, nemo non misereatur, qui amore scientia exules facti, de divitibus pauperes, semetipsos exinaniant, vitam suam multis periculis exponunt, & à vilissimis sèpè hominibus (quod graviter ferendum est) corporales injurias sine causâ perferunt. (a) Si militer & militum rationem habuerunt, qui bellicis sudoribus patriam à barbaris defendebant. Nam cùm arma magis quam leges scièrent, multa illis condonarunt. (b)

a) *Auth. Habita. C. ne filius pro patre.* De his vide Oldendorp. in tract. de jure singulari c. 10. *Rebuffi libros tres de privileg. scholasticor.* Eorundem privilegia ad 100. usque Horatius Lucius enumerat in suo tract. de privileg. scholastic. & novissimè Julius Pacius ad d. auth. habita. Valentin Forster. præceptor meus in histor. Juris Roman. lib. 3. cap. 4. b) l. quanquam 3. de testament. militi. l. 40. ff. de administr. tutor. Hinc Tacitus agricola inquit: Credunt plerique militaribus ingenii subtilitatem deesse, quia castrensis jurisdictio secura & obtusior, ac plura manu agens calliditatem fori non exercet.

## 36.

Inde in juris nostri libris, separatim de testamento militis, tituli dantur, quoniam in eo non servantur regulæ juris civilis, quæ in testamento pagani necessariæ sunt. Nam nuda vo-

C

luntas militis testamentum est; Voluntas paganū nisi solemnis, testamentum non est. Itaque solemnia juris, quæ in pagano testamento observantur, in militum testamentis nō desiderantur.

*tot. tit. Inst. de testament. milit. l. 1. in pr. ff. eod. l. 15. §. 1.  
l. 35. ff. eod. l. 1. in fin. l. 5. l. 14. & 15. C. de testam. milit. vid.  
Bocerum lib. 1. de jure belli c. 20. & seqq. Mynsinger. re-  
pons. 46. n. 9. & seq. Decad. 5.*

## 37.

Præter hoc maximum aliud est de castrensi peculio, ut non adquiratur his, in quorum potestate milites sunt; ut non conferant fratribus, bonorum paternorum inter eos possessione data; ut actionem & persecutionem ejus habeant invito patre; ut de eo testamentum facere possint, cum tamen de aliis rebus, quæ patri non adquiruntur, nec agere possint sine consensu patris, nec facere testamentum.

*tot. tit. ff. de castrensi peculio, & tit. 31. & 37. lib. 12. Cod.  
& Dd. lib. 1. filiis familiās. 34. ff. de hered. petit. l. bona au-  
tem. 3. §. dari. s. ff. de bono. possessio. Julius Clarus in §. testa-  
ment. questio. 18.*

## 38.

Commodè verò hic quæritur, an milites nostri temporis gaudeant privilegiis, militibus Romanis concessis? Et licet ordo & solennitas assumendi milites hodie in desuetudinē abierit, militaria tamen privilegia adhuc sarta tectaque consistunt, modo milites in castris degant.

*Jason in l. licet. 19. C. de passu. nu. 9. Cacheran. decisio.  
100. num. 46. Gail. lib. 2. obf. 118. qui hoc etiam addit, non  
competere hæc privilegia omnibus ad bellum perten-  
tibus, sed iis duntaxat, qui de publico sunt conducti. Vid.  
Cujac. lib. 16. obf. c. 39. Simon de Pratis de interpretat. ul-  
timar.*

*timar.volunt.lib.2.dub.1.solut.4.n.88. Dauth.in tr.de  
testament.cap.de mutandi testamenti potestate.85.*

39.

Cessante autem expeditione, cessat quoque privilegii effectus. Quemadmodum in simili, scholaris desidiosus, aut vagabundus, non gaudet scholarium privilegii, licet in album vel matriculam universitatis receptus sit.

*L.C.de tyron.lib.12.c generaliter.16.q.1. Unde si testator alicui legatum dederit, si studuerit, intelligitur ea conditio, si studia sua absolverit, & ad competentem doctrinam pervenerit, Jason consil.149.vol.4. Dec. consil.177. Alciatus ad l.i. ff solut. matr. n.57. Sic privilegia concessa viduis non competunt meretricibus & luxuriosè viventibus; Vivius lib.1.com.opin.verb. Statutum in favorem.*

40.

Sed quid in causis criminalibus statuendum? in iis ne nobiles, doctores, scholares, & alii privilegiati, suis privilegiis gaudent? adeò ut pro maleficiis non capi, multò minus torqueri possint? Ac quamvis Bossius in *pract.criminal.* alioq; in favorem nobilitatis & literarum affirmative respondeant per *L.severam.C.de dignitatib.lib.12.* & *L>nullus.C.ad L. Jul.majestat.* nemini tamen autor fuerim, ut juribus istis nimium confidat, contrarium siquidem hinc inde moribus receptum esse videmus, & juxta illud Juvenalis:

*Omne animi vitium tantò conspicuum in se,*

*Crimen habet, quantò major qui peccat habetur.*

Atq; ita observatum esse aliquoties, testatur Wesenb. in *par ff de questionib.n.10.* sicut idem de Franciae usu testatur Tiraquel. in *tr.de poenis caus.31.* & de Neapolit. affl. in c. Si voluerit. n.14. De capitano qui Cur. Vend. quod reatus omnē dignitatem excludat l.i. ubi senat. vel clar. Matth. Coler. de processib.execut.par.2.c.3.n.166. & seqq.

C 2

Pro qualitate tamen personarum pœnæ vel minuantur, vel exacerbantur. Unde facit insignis & excellens aliqui-jus doctrina, ut ad preces populi id petentis, principi pro pœnæ, criminisq; abolitione supplicandum sit, interimq; judicis sententia suspendatur. Quin & olim creditum, ex Julii Pauli lege, propter summā peritiam artis, fontibus quamvis jam damnatis, pœnam relaxari, *l. ad bestias ff. de pœnu.* Ob idque, teste Corasio, Bononiae constans fama fuit Azone magnum juris nostri interpretem, capitalis criminis damnatum, ad bestias, sæpius exclamasse, ex capitio Julii Pauli principio, significans, propter excellen-tem juris peritiam, se veniam dignum, cæterum judices, credentes se belluarum nomine ab Azone insimulari, non destituerunt irati, donec ultimo supplicio afficeretur.

## 41.

Hactenus de privilegiis perpetuam causam habentibus: nunc de iis, quæ corpori juris inclusa non sunt. Hæc specialia vocantur privile-gia, propria singulorum, quæ plerunque certæ persona conceduntur, & cum persona extin-guuntur. (a) Quale est, quando princeps alicui ob benemerita vel egregias dotes ingenii & do-trinæ tribuit immunitatem à gabellis, datiis, ut doctores loquuntur, aut similibus oneribus pu-blicis, à quibus aliás non esset exemptus. (b)

a) *L. privilegia. l. in omnibus. ff. de Reg. Juris. §. sed & quod principi, versiculo.* planè ex his quædam sunt perso-nales, *Inst. de jure nat. gent. & civil. l. leges ut generales in pr. juncto §. final. C. de legib. Franciscus Lucanus in tr. de-fisco n. 3.* b) *Angelus in l. Si quis tutor. ff. quando ap-pellat. Sit. Colerus de processib. execut par. i. c. 4. n. 13.*

## 42.

Valdè autem ab interpretibus juris contro-ver-titur, quando immunitas alicui concessa à collectis, an comprehendantur etiam collectæ,

quæ

quæ postea ob necessitatem publicam supervenientem imponuntur? Mihi dominorum Cameralium sententia æquissima videtur, qua statuant, tale privilegium cessare, quando propter evidentem necessitatem publicam, collectæ imponuntur: Cùm publica utilitas cuilibet privilegio sit præferenda, & privilegium generaliter indultum, non includat casum publicæ necessitati contrarium. Hancq; sententiam, non modò Cameralis judicii usus, sed & consuetudo communis totius Germaniæ passim recepta approbat, quâ nulli status, sive ordines Imperii, à collectis ob publicam necessitatem impositis excusantur.

Jason. in l. si ex toto ff. de legat. 1. Mynsing. cent. 4. obs. 70.  
vid. Gail. lib. 2. obs. pract. 52. & 53. per tot. ubi eruditè & eleganter de munib; & jure collectandi, & collectis imperii disserit.

## 43.

Ejusdem farinæ est privilegium privati alicuius creditoris, quo mediante, Imperator mandat judici debitoris immediato, ut ipse super debito liquido faciat executionem paratam contra debitorem, sine alio processu judiciali. Cùm princeps possit in certis casibus, maximè ex causa, tollere solemnitates judiciorum, ab ipso introductas, & ita defensiones juris positivi, reo competentes, adeò quid redeundo ad ejus primavū vel gentiū, creditori manu regiā administretur justitia, ab execuzione processum inchoando.

Felinus in ca. que in Ecclesiistarum. nu. 55. ext. de conflit. per l. 2. ff. de Orig. Jur. Hancque sententiam communem esse ait. vid. Daniel. Moller. lib. 1. semestr. c. 25.

C 3

44.

Eandem naturam habet beneficiū induciarum quinquennalium, quod pro temporum diversitate, annales, item literas dilatorias, ac moratoria dilationes Anstandbrief oder Quinquen-  
nal/nominat. Hoc indulgetur debitoribus, naufragiis, incendio, bello, vel alio fortunae casu inevitabili in angustias conjectis, ad eum finem; ne infra tempus in privilegio præfixum, à suis creditoribus molestentur; ut videlicet medio tempore liceat eis respirare, & cogitare de modo solvendi, exigendi vicissim ipsorum debita, in quibus alios obstrictos habent, atq; ita ad pinguiorem fortunam pervenire.

De origine hujus privilegii vid. Cujac. lib. 2. obs. 10. qui existimat consuetudinem concedendi has inducias originem traxisse, ex I. universa. Cod. de precib. Imperi. offe-  
rend. & l. fin. Cod. de cession. honor. allegans autoritatem Castrodori 2. Var. qui affirmat, Theodosium Italiae & Gothiæ Regem idem observasse. vid. Constit. Imperii Policeyordnung / Anno 1548. zu Augspurg / tit. Von den verderbenen Rauffleuten / & ordinat Francof. Anno 77. tit. 23. Gail. lib. 2. obs. 46. n. 12. Denaifius in jure Cameral. Verb. inducia, ubi ex dicto Recessu Imper. tam conclusionem ponit; Inducia quinquennes à Cæsare nulli, nisi qui testimonio Magistratus sui, vel aliis docu-  
mentis probabuntur, non vito, sed fortunâ & calamitate ad inopiam pervenisse, conceduntur; concessæ nullæ & irritæ sunt.

45.

Cum enim talis moratoria dilatio non aufe-  
rat creditori jus suum, sed differat tantum, & in  
mora modici temporis, non vertatur magnum  
præjudicium, ideo creditoribus pendente illa  
dilatione

dilatione tale privilegium aliquid attentare non permittitur. Sed debitor tali privilegio gaudere seu uti non potest, nisi prius præstet creditori idoneam cautionem, quod illo tempore elapsò velit creditori satisfacere, quam cautionem, si non dat, potest pro debito condemnato incarcерari, quoque ipse satisfaciat, quod onus satisfactionis per privilegium, seu rescriptum remitti non potest.

Anton. Teſſaurus *decision.* 186. Wurmserus *in pract.*  
obs tit. 29. ob. 9. l. ſe debitori meo ff de judicis. l. universa.  
C. de precipibus Imperat. off rend. c. universa 25. queſt. 2.

## 46.

Videmus etiam hoc beneficium interdum ab ipsis partibus debitori indulgeri, quo caſu minor pars majori cogitur conſentire. Si tamen aliquis creditorum aliam habeat ſecuritatem pinguiorem, cui præ aliis innitatur, puta quia debitor cum juramento obligatus eſt, hoc caſu ad conſentientium in dilationem à maiore parte creditorum datum, non compellitur.

l. fin. Cod qui bonis cedere poſſunt. l. maiorem. & l. Si unus. § Marcellus. ff de paſtu. Alexander confil. 105. nu. 6. vol 2. Colerus de processibus execut. par. 1. c. 4. num. 15. Daniel. Moller. lib. 4. ſemeſtr. c. 6. n. 3. & ſeqq. Franciscus Vivius lib. 1. decision. 38.

## 47.

Imò ut maximè Imperator concederet debitori inducias ad ſolvendum, non tamen Actori jurato denegare velle intelligitur. (a) Hincque iſtud privilegium personale tantum eſt, & ad fidei juſforem debitoris non extenditur,

C 4

modò beneficio auth. praesente. C. de fidejussoribus, legitima renunciatio facta sit. (b.) Porrò qui culpâ non casu foro cesserint, furibus haud absimiles, & citra creditorum voluntatem à nemine recipiendi, sed juri sistendi puniendique sunt, ac ne quidem domum reversi ad ullos honores admittendi. Magistratus quoque quorum inductiones decoctores confugerint, quicquid illi pecunia, auri librorum, instrumentorum, bonorumque commiserint, secumque detulerint, id omne ablatum depositumque in rem creditorum adservare debent. (c.)

- a) Tessaur. decision. 186. n. u. 1. § 8.
- b) Rebuffus ad constit. Regni Gallia tomo 1. intr. § de literu delat. annal. ad. 1. gl. l. 1. num. 24. Staphilus de literis gratia per l. et si fidejussor. cum l. sciendum. ff. de re judicar. Bartolus in l. heres à debitore. § quod si stipulatio. n. 2. ff. de fidejussoribus.
- c) Reichsabscheid. Anno 48. Deputation. Abscheid. Anno 77.

## 48.

His quoque non absimilia privilegia protectionis vel salvæguardiæ Schutz: vnd Schirm: briese/ quæ ab Imperatore etiam privatis personis dari consueverunt, Dass sie ihre Kinder vnd Güter in der Kœnigl. Maj. vnd des heiligen Reichs schutz vnd schirm seyn sollen. (a) Hujusmodiq; privilegia jurisdictioni ordinariæ nihil derogant, & subjectioni mediatae nullum præjudicium adferunt. (b)

- a) Gail. lib. 2. obs. 54. Schrader. in tr. feudal. par. ro. feß. 1. num. 96. ubi ait: Est & aliud remedium possessorum, quod vulgo Salvaguardia dicitur, ad hoc tendens, ut non modò rerum possessioni provideatur, sed etiam impletantis persona defendantur, atq; petens illam salvæguardiam

guardiam quoad personam & bona sub protectione principis reponatur, utque adversario vel adversariis, etiam absentibus, sub gravi pena injungatur, ne quis impetrantem in persona vel in rebus ledat. Et tale privilegium non tantum à summo principe, sed etiam a regaliam qui haber concedi potest. Berengar. Fernand. in repet. l. nihil naturaliter. s. nihil. c. i. num. 41. ff de acquir. poss. Menoch. cent. 4. lib. 2. cas. 337. de arbitr. jud. quest. b) Gail. did. obs. num. 7. Mynsinger. cent. 1. obs 82. ubi testatur, suo tempore cuidam, qui habebat salvum conductum, capto propter delictum vel maleficium, & supplicanti in Camera pro mandato de relaxando, & citatione ad videndum, petitos processus ab assessoribus denegatos esse.

49.

Item securitas vel salvus conductus, qui conceditur citato ad certum locum, pro aversione periculi carceris, aut alterius offensionis in corpus, quæ probabiliter à personâ judicis vel adversarii timetur. (a) Quo privilegio, asscuratus ita uti debet, ne aliquid violenter, vel contra pacem publicam committat, offendendo vide licet adversam partem, aut alios eorum locorum homines, verbis vel armis. Unde instrumentis securitatum communiter hæc verba inseri solent. *Wir geben dir geleite zu Recht vnd vor vnrechter gewalt / doch also daß du dich hinwider auch geleitlich verhaltest.* (b)

a) Bartol. Cyn. & Dd. in l. denunciamus. C. de iis qui ad Ecclesiastis confug. Menoch. de arbitr. judicio. questionib. lib. 1. quest. 81. b) gloss. in c. noli existimare, in vers. si ipse non servat fidem 23; quest. 1. Angelus in tract. maleficior. verb. fama publica. num. 60. hic enim locum habet; Frangenti fidem, fides frangatur eidem, l. si quis major. Cod. de transact. Coler. de processib. execut. par. 4. cap. 1. num. 213.

C 5

50.

Porro recte conceduntur privilegia à principe rite juxta auream bullam Caroli IV. ab Electoribus collegialiter electo & coronato. Sed quid si Imperator nondum coronatus privilegia aliquibus concedat, illa ne effectum habent? Sunt qui affirmant, siquidem Imperator ea sola electione, etiam ante coronationem verus est Imperator & jus administrandi consequitur, pariaque sunt, aliquid esse factum vel in proximo faciendum. (a) Sunt qui negant, cum nuda electio Imperatorem non faciat, sed insuper consecratio, coronatio & juramenti depositio necessariò accedit, diesque coronationis ortus imperii dicatur. (b) Priorem opinionem aliqui procedere putant in privilegiis circa causas jurisdictionis voluntariae, alteram in contentiosâ jurisdictione. (c) Duo si simul electi fuerint, ejus privilegia non invalida erunt, à majore parte collegii Electoralis, qui electus est. (d) Imò & principes superiores recognoscentes aliquique inferiores magistratus privilegia concedere possunt; c. sicuti etiam videmus magistratus municipales alicui collegio, vel corpori, pistorum puta aut mercatorum statuta civitatis interdum remittere posse.

a) C. legimus distinct 93. Canonistæ in c. venerabilis de Electione. Zabarella consil. 153. Guid. Pap. decision. 239. Soaretz in thesau.com.opin. lib. p. num. 256. Kirchovius cent. 7. concl. 31. Henningus Göden consil. 1. de electione Regis Rom. b) l. final. C. de decurionibus lib. 10. l. 42. & 43. de testam. militia. l. 7. & final. Cod. defteris. c) Varg l. 2. ff de officio proconsul. Speculator. referit.

rescript. presentat. §. ult. num. 19. vid. Hieron. Cagnol. ad proscriptum digestorum. num. 36. & seqq. d) Joan. And. in addit. ad Speculat. d. §. ult. verb. Elezione, ubi in hoc casu privilegia petituris suaderet, ut ab utroque ea securitatis causa impetrant, altero enim remoto, alterius concessione privilegiatus tutus esse potest.

51.

Illud tamen observandum, inferiorem magistratum legem superioris, extra locum suæ jurisdictionis remittere, & inferiorem ea, quæ major sibi concedenda reservavit, concedere haud posse.

Arg. l. extra territor. 20. ff. de jurisdiction. l. cum unus s. n. de bon. autor. ad jud. possess. l. intra centesimum ff. de officio prefec. urb. l. nemo plus jurie. ff. de Reg. Juris. & ibi Dd. Corasius lib. 4. miscel. cap. 4.

52.

Hinc licet nundinæ vulgares seu hebdomatice Wochenmärkte sine principis licentiâ constitui possunt, nundinæ tamen solemnes Jahr, Märkte oder Messen / quæ annuò solent celebrari, & quas Græci απελτείας, id est, Vocaciones vocant, sine privilegio haberri nunquam possunt: sed harum jus ab Imperatore, vel ab eo qui iura imperii habet, impetrandum. (a) Quod principi ex causa revocare, & in aliam civitatem transferre licet. (b)

a) l. 1. ff. de nundinis. l. un. C. de nundinis, & ibi Sichardus, Cujac. & Dd. olim à senatu poterat impetrari. Plin. 1. 5. Epist. 4. quo loco de forma veteri impetrandarum nundinarum tractat. Et hæ publicam habent securitatem, ut qui earum causâ conveniunt, non appellantur

privati debiti causâ, l.3.in fin. ff. de feriis. Molinæus de  
usuris. questio 3. num. 97. Matth. Coler. de process. execut.  
par. 2. cap. 3. num. 156. Vid. Const. Electoral. par. 1. const. 30.  
Moller. lib. 1. semestr. cap. 12. Nec consuevit Imperator  
alicui dare privilegium nundinarum, nisi prius adjacen-  
tibus & viciniis civitatibus, & pagis, quorum interesse  
possit, auditis, Gail. lib. 2. observ. 69. num. 25. b) Ita  
prolixè de facto consultus respondit Natta. const. 511.  
¶ 512. In causa mercatus, cuius opinionem in judi-  
cando senatum Pedemont. securum esse refert Tellausr.  
decision. 264.

## 53.

Sic privilegium novum instituendi vectigal,  
præter imperatorem nemo concedit. (a) In  
hujus impetratio facienda est mentio, locum  
pro quo novum vectigal impetratur, non esse  
gravatum aliis vectigalibus vel pedagiis, ut vo-  
cant. Nam si vectigalia ab antiquo ibi exigis-  
sita in novo privilegio nominatim non expri-  
merentur: tunc privilegium de novo obtin-  
tum, esset invalidum, & præsumeretur per ob-  
tectionem impetratum. (b)

a) l. vectigalia 10. & ibi Bartol. ff. de publicanis. tot. tit.  
c. nova vectigalia institui non posse. Damhouder. in  
praxi crimin. cap. 99. ubi congerit aliquot synonyma,  
quibus vectigalia cognominantur: ut impositiones, ex-  
actiones, telonia, portoria, pedagia, guidagia, passagia,  
datiae, gabellæ, affissæ, qua tamén sex proximiora planè  
sunt barbara, quamvis pedagium, guidagium in Jure  
Can. c. super quibusdam 26. de verbis sign. & element. pra-  
senti de censi. & exactio. & pedagium in jure feudali eo-  
dem significatu legatur §. pen. tit. Quis dicatur dux,  
Marchio &c. ubi quemadmodum & in aliis quibusdam  
mirificè pro Etymologia torquentur, legentibus aliis  
paragium, aliis pedagium Dn. præceptor. Borcholt. in  
tr. feu-

*rr. feudalī c.4. num.13.* Sed pedagium quasi bedagium descendit à germanico Bedagen/ quod significat constitueri, deputare &c. omnibus enim seculis solus superior vectigalium jus sibi tanquam regale habuit, vel cui ille contulisset, & ubi & quantum constituisset & solvendum teloniae ordinasset. *Da oder an welchem ort wie vil vnd weme er den zoll bedaget.* Unde adhuc plurimis Germaniae in locis constituta rusticorum ordinaria vel imposita tributa *Bede* vocantur. Gabellæ à Germanico Gabe / Datiæ Italæ Daces à Do, guidagia, passagia à Gallicis guider, id est, ducere & passage, id est, via & semita: assissæ, à gallico assisse, quod significat conculum, quia telonia in suis telonii plerunque sedent, indequæ apud nostrates valde usitatum Zige / Assisse, oder Accise, Vorzinsen / Zollen / Verzollen / Zoll. Assissæ tamen propriæ dicuntur ea tributa, quæ in civitatibus pro certis rebus frumento aut aliis mercibus inferuntur. Petr. Frider. Mindanus de processib. *Cam. Imp. lib.2. cap.41. num.3.* b) Mynsinget. centur.5. obseru.29.30. 31.32. sed quid, licitumne est, vectigal de loco in locum, majoris fortè commoditatis gratia sine permisso principis transferre? Et quamvis principis beneficia largè interpretanda, *l.fin. ff. de constitut princip.* Negativa tamen legibus & rationibus contentanea est c.un. quæ sunt regalia. *l. vectigalia. ff. de publicanis.* Vid. Frideric. Mindan. de process. *Cam. d.lib.2. c.42. n.4. &c.s.*

## 54.

Non enim est de mente principis, in alterius injuriam privilegia tribuere, quod tamen si factum fuerit, potius admittitur, ut privilegium sit supervacaneum, nihilque operetur, ultra juris communis dispositionem, quam ut alteri in jure sibi acquisito præjudicetur.

*l. nec avus,* ubi dicit Imperator, Nec in cuiusquam injuriam beneficia tribuere moris est. *c. de emancipiat. liber.* & ibi Bartol. *l. cum si in familiâs in fin. verb.* Verum

tamen jus alienum minuere non potest. ff. de testament. militar. l.2. §.merito. q. si quis à principe. ff. ne quid in loco publico e. quam via de re script. in 6. Schurff. cent. 2. consilio 63. num. 10. & 11. Bartol. in l. Impuberi. num. 2 ff. de administrat. tutor. Ideò si quid dubii habent verba privilegii, semper interpretanda sunt, ne damnum præjudiciumne tertio inde inferatur, & accedat c. eos 2. §. 1. de temp. ord. lib. 6. & ibi Gemianus D. Valent. Forsterus præceptor meus de successionibus ab intestato lib. 6. c. 36. num. 14. Peregrinus de jure fisci lib. 1. subrub. Habentes jura fisci an possint aliquid agere in præjudicium fisci. num. 68.

## 55.

Ex hac ratione privilegium Imperatoris, Papæ vel alterius, ne Vasallus propter feloniam vel delictum feudo privetur, in præjudicium alterius domini feudi non consentientis, vim & efficaciam habet nullam, sicut in simili privilegium Papæ, ne Emphyteuta, propter canonem non solutum Emphyteusi privetur, in præjudicium Domini Emphyteusis non valet, (a) quamvis alias ejusmodi pacta inter Dominum & Vasallum valeant. (b)

- a) Bald. in l. si à te. 7. num. 1. arg. illius textus. C. de partis inter empe. & vendit. Fermianus in tr. de Gabellis. par. 7. col. 7. quest. 10. Curt. Jun. in tr. feudalii 1. par. 1. prin. quest. 17. Cotta memorial. incip. Emphyteuta solvendo.
- b) In iis casibus quos limitativè recenset Schrader. in tr. feudalii par. 9. par. 2. sectio 10. n. 28. & seqq.

## 56.

Quod verò dicitur privilegia regulariter sic intelligenda, ne alteri incommodum adferant, primò verum est, nisi ex certâ scientiâ princeps aliquid rescriberet contra alterius utilitatem. (a) quorum

quorum verborum, si privilegio inserta reperiuntur, maximus est effectus, sicut & illorum motu proprio. (b) Ob ea enim in principe disponente contra jus positivum, justa causa presumitur. (c)

a) *I. adoptio non ff. de adoptionib. & tunc deprehenditur cùm intervenit causæ cognitio, vel in serie libelli totius rei tenor est expressus, vel geminata jussio emanaverit.* Guid. Pap. *Singulari 8.* b) *Abbas in c. porrecta de confirmat. utili. & in c. inter delectos de fide instrument.* Si vero probetur privilegium principi obreptum, clausula hæ nullius sunt effectus. Alciatus ad *I. privilegia. C. de sacrosanct. Eccles. num. 1.* Vid. c. si motu proprio de prebenda in *6.* Jacobin. *de feudis super verb. in feudum. num. 3.* Heningus Göden. *consil. 2. num. 5. 6.* Anton. Gabrielius *lib. 6. de clausulis conclusionis primâ & secundâ.* c) *Felinus in c. causam quor. cl. 2. col. 3. vers. 4. nota de testibus.* Alexander *consil. 16. col. pen. vol. 1.* Dn. præceptor Borcholt. *ad c. unic. que sunt regalia num. 4.* Felin. *consil. 31.* Capella Tholofana *decisione 349. num. 7.*

## 57.

Deinde illud admittitur, in rebus quæ jam sunt in nostra potestate, id est, in jure acquisito, non autem in jure querendo, h.e. cuius aliqua utcunque propinqua spes est. Nam in hoc principis etiam sine causa præjudicium inferre potest, cùm jus querendum nondum radices egerit.

*Arg. I. ex libris fin. C. de acquirend. possess. Sichard. ad l. 1. & 2. C. de secund. nuptiis. n. 17.*

## 58.

In privilegiorum igitur impetracione, nihil subticendum est, quod fortè si dictum fuisset,

principem in diversam sententiam trahere potuisse. (a) Imò etsi interdum aliqua certa qualitas, causa alicujus privilegii est, illud tamen non ante locum habet, nisi de illa qualitate liquidò constet. (b)

a) *L. prescriptione. Cod. si contr. ius vel utilitat. publ. Mynsing. cent. 5. obs. 31. num. 2.* b) Schrader. *in tr. feudali par. 1. quest. 6. num. 22. per l. Lucius 40. ff. de testam. milit.*

Quemadmodum verò privilegia causæ trans-eunt cum suâ causâ: (a) ita privilegia personalia personam quoque comitantur absentem, nisi omnino illa in loco consideretur. (b) Et quidem in solidum, quia privilegium personæ concessum dicitur individuum, & pro parte durare, pro parte verò convelli non potest, ad exemplum sententia unicum caput continentis. Ac licet res sint separabiles à personâ, ipsum tamen privilegium personæ concessum, & rebus dicitur individuum, sicut dicimus in jure hypothecæ, quod est individuum, licet res hypothecæ dividì possint. (c)

a) *L. tempus. ff. de re judicat. Cacheran. decision. san. Pedemont. 31. num. 14.* ubi ait: Veram esse conclusio-nem, quod privilegia attributa uxori ratione reverentiae, vel dignitatis, ex personâ mariti, durent etiam soluto matrimonio, & solutâ affinitate per l. alias. §. eleganter. ff. solut. marr. l. mulieres. C. de incolas. lib. 10. b) Bald. in l. addit. C. de appellat. Doctores in auth. habita. Cod. ne filius pro patre. c. ad honorem de autor. Ep. nsipallii clement. 2. de electione c. 2. de privileg. Parisius lib. 4. consil. 2. c) Azym. Cravet. consil. 239. num. 4. lib. 2 gl. in l. 1. Cod. si adversus rem judicat. l. quamdiu. C. de distract. pignor.

Præterea

Præterea  
privilegia  
in aliqua  
ipius pre  
fuslineatu  
mune cum  
ut contra  
quam con  
L. Si em  
U. si mater nu  
c. privilegiu

Ex ho  
colonus  
causa con  
gium? A  
multa adju  
in præst ob  
cione pede  
de compet  
confus.

Ita du  
nitatis à  
licui con  
extenda  
function  
immuni  
habetur,  
bio enim

60.

Præterea adeò sequuntur personam, ut si talis privilegiata persona, cum alia non privilegiata in aliqua dispositione concurrat, privilegium ipsius proderit etiam non privilegiata, ut actus sustineatur. Hinc si privatus habet jus commune cum Ecclesia, juvatur privilegio Ecclesiae, ut contra eum non currat minor præscriptio, quam contra Ecclesiam currere solet.

L. Si communem. ff. quem ad. servit. amittat. Jason. ad l. si mater. num. 10. C. de in officio testamento. Pet. Peck. ad c. privilegium de R. in 6. n.s.

61.

Ex hoc fonte hæc promanat dubitatio: an si colonus Ecclesiae aut Ecclesiastice personæ in causa contra ipsum mota fori obtineat privilegium? Ac quamvis affirmativam opinionem multa adjuvent argumenta, contrarium tamen in praxi observari testatur Anton. Tessaur. decisione Pedemont. 22. Vid. Ofasc. decisi. 32. Speculat. de compet. indic. §. 1. n. 27. Feder. de sen. consil. III. alias consil. 13.

62.

Ita dubio non caret, an privilegium immunitatis à tributis & publicis pensitationibus aliqui concessum, nulla facta mentione heredum, extendatur quoque ad ejus heredes? Per distinctionem respondendum; Si privilegium immunitatis ex gratia concessum est, personale habetur, & ad heredes non porrigitur. In dubio enim ejusmodi privilegia personalia cen-

D

sentur, & quia stricti juris sunt, ultra personam  
in privilegio expressam non extenduntur.

*l. Semper. §. immunitati. ff. de jure immunitat. l. hono-  
ribus. §. Vocationum ibid. l. forma. §. quanquam ff. de cen-  
sibus. glossa in c. venissent, in verb probatum. de Institut.  
Doctores communiter ibid. c. cum persona de privileg.  
in 6. Gail. lib. 2. obs. 2. num. 13. & 14. Bartol. in l. liberos.  
num. 1. ff. de senatorib. in l. fin. num. 2. c. ae privileg. Scho-  
lar. lib. 12.*

## 63.

Si verò privilegium descendit ex contractu, reale est, & ad heredes transit, etiam si eorum nulla facta sit mentio: idque propter naturam contractus & præsumptam affectionem contrahentis & acquirentis, qui naturæ ductu etiam successori suo prodeesse cogitat.

*l. Si pactum ff. de probationibus. l. Paulo Collimacho.  
§. Pomponius. ff. de legat. 3 l. Jurigentium. §. patitorum. ff. de  
pactu. l. necessarias. §. de vendendo. ff. de pignorat. actione.  
Jalon. in l. si sic stipulatus. num. 12. & seqq. de V.O. Bartol.  
ibid. Gail. lib. 2. obs. 2. n. 15.*

## 64.

Meminisse tamen oportet, privilegium im-  
munitatis concessum generi & posteris, ad eos,  
qui ex foeminiis natu sunt, non pertinere. Secus  
est, si privilegium concessum sit alicui pro se &  
descendentibus. Diversitatis ratio est, quod  
posteritatis appellatio ad nomen familiae refe-  
ratur, descendantium verò ad omnes in infinitum,  
tam ex foeminiis quam masculis natos,  
quemadmodum etiam liberorum appellatione,  
utriusque sexus liberi continentur.

*l. i. §. i. ff. de jure immunit. gl. in l. si ita scriptum sic  
filiabus.*

filialibus. ff de legat. 2. Dynus in c privilegium de R. J. in 6.  
 Cyn. in l fin num. 11 ff de constit. princip. Alexander consil. 160. volum. 2. l. vacatio. ff de munerib. & honorib. l. familia. §. 1 ff. de verb. signif l. fin. C. de legi. hered. l. cognoscere. §. liberorum. ff de verbor signif. Gail. d obf. 2. nu. 16. Bartol. in l. §. personu. num. 1. ff de jure immunitat. De privilegio paucis concessu, qui successu temporis in magnam excrescent multitudinem, an illud cum diminui possit. Vid. Zal. lib. 2. sing. respons. c. 15.

## 65.

Quæ omnia circa interpretationem privilegiorum probè observanda sunt, sicut & hoc, ut favorem & commodum adferant ei cui concessa sunt, non incommodum vel odium. Quia adjuvari nos non decipi beneficio oportet, quæque alicui ob gratiam concessa non in ejus dispendium retorquenda.

L. in commodato. §. sicut. ff. commodati. c. quod gratiam 61. de R. J. in 6. quæ regula etiam locum haber, etiamsi major favor alterius concurrat. Etenim propter favorem aut majus bonum unius civitatis, non est detrahendum minori favori aut bono alterius civitatis Castrens. Jason Zasius in l. cetera. §. sed si quis ff. de legat. 1. Nam cum princeps sit pater suorum subditorum, ut ait Xenophon, non debet unam ex suis prolibus & civitatibus sic diligere, ut alteram lœdat: id quod graviter olim Caecilius V. Imperatorem respondisse accepimus iis, qui in aliarum civitatum perniciem, multa sibi privilegia indulgeri postulabant: Augustus Imperator Gallum hominem donare Romanâ civitate noluit, quamvis Livia Uxor intercederet, ne aliquid Romanorum privilegiis detrahere videretur Hippolytus à Collib. in principe c. 3. mihi pag. 10.

## 66.

Unde si princeps præter communia privile-

D 2

gia, professoribus Academæ, concedat quoque privilegia civium loci in quo Academia est; intelligendum est, quod prioribus aliquid commodi additum sit, nec per posteriora sublata. Nec audiendi cives si objiciunt, gaudetis privilegiis civium, ergo nobiscum quoque onera civitatis vobis sustinenda sunt: Ad onera enim privilegium non extenditur. Aliud dicendum, si cui jus civitatis per civilitatem concedetur.

Sichardus ad l. Si Rufinus num. s. C. de militari testamento. Ac si superior concedit privilegium, quod studium Pisanum gaudeat privilegiis Paduani, privilegia concessa Paduae post istam æquiparationem non competunt studio Pisano, nisi esset dictio per omnia. Bald. in Lomacia, Cod. de Episcop. & Cler. Petr. de Raven. Singular. s. 45.

## 67.

Circa hæc Doctores communiter inferunt, quando circa eandem personam duo non currunt privilegia, alterum affirmativum vel permittens, alterum negativum vel prohibens, quod semper prohibitorum prævaleat: Item duobus privilegiis circa eandem personam concurrentibus, favorabilius observandum. (a) Item principis beneficia latissimè interpretanda: quoad verba, res, personas, tempus, locum, & omnia ea, quæ beneficii favorem respicunt: Verum quod est, in præjudicium concedentis, non alterius detrimentum, ac quatenus privatim prosunt, nec publicam utilitatem læidunt. (b)

b) l. 3. ubi Jason. & Dd. de constit. princip. Anton. de Butr.

Butt. in c. olim in fin. de V.S. Romanus consil. 180. Menoch. de presumpt. lib. 3. presum. 97. n. 17. Vid. Carol. Tap. in l. fin. ff. de constit. princip. parte prim. legis cap. 1. 2. 3. 4. 5. 6.

## 68.

Duo privilegiati si concurrunt, privilegiatus contra privilegium privilegio non utitur; (a) Nec quicquam facit, etiamsi unius privilegia denuò sint confirmata. Confirmans enim non nova concedit privilegia; sed vetera solummodo confirmat, quæ tertio nullum præjudicium creant. (b)

a) c. cum causam de probendia. §. sed hoc praesenti. in auth. de Sanctis Episcop. l. Verum. §. fin. &c. l. seq. ff. de minorib. l. 2. C. de privileg. dot. Vivius lib. 3. decisio. 4. 7. num. 7. Aliud dicendum, si quis privilegiatus privilegio communii, alius verò privilegio speciali; tum enim habens speciale privilegium præfertur. cap. non licet. de reb. Ecclesia alienand. & ibi Alciatus nu. 1. 2. Ludo. Rom. in auth. similiter. C. ad L. Falcid. Menoch. de arbitrar. Judicum quæst. cent. 1. lib. 2. b) c. i. de confirm. util. vel inutil. c. cum delicta. §. nuper autem ibid. c. quia intentionis de privilegiis.

## 69.

Ideoque privilegiorum confirmationes seu innovationes, absque citatione alicujus fieri possunt, per clausulam reservatoriam, jus tertii siquidem salvum permanet. Unde & hæc clausula inseri solet. Quatenus privilegiati sunt in possessione talium privilegiorum. Quod enim non est, confirmari nequit. Et ubi non est confirmabile, non procedit confirmatio.

l. nec avus. C. de emancipat. liberor. l. 2. §. si quid à principe &c. §. meritò. ff. ne quid in loco publico. Natta consil.

D 3

70.

Nam confirmatio semper præsupponit aliiquid priùs super quo intercedit, & potius ita denominanda est. Privilegium enim propriè dicitur, ut suprà ostendimus, quando princeps contra jus aliquid indulget, vel irrogat; hic autem non de quærendo, sed quæsito peragitur.

Bald. in *l. nominationis circa fin. ver. conclud. Cod. de appellatio. c. 1. in fin. de nova forma fidelitatis. Raudensis de analog. c. 15. n. 57.*

71.

Impropriè itaque dicitur, quòd omnis gratia resolvatur in vim Privilegii. Et quamvis cùm juri quæsito accedit principis assensus, Imperatoris privilegium sit designandum: Imperator enim omnia sua facit, quibus suam impartitur autoritatem: attamen interdum Imperatores in confirmatione privilegiorum conjunctim ponunt jus quæsitus & privilegium, innuentes quo animo, quave intentione actum per se sufficientem confirmant vel declarant, ut nihil novi accedere videatur.

Canonista in *c. antepen. de confirmat. util. vel inutil. Menoch. consil. 710. num. 8. Joseph. de rufic. tract. an. & quando liber. c. 8. n. 5. lib. 6.*

72.

Hinc si de mente & voluntate Principis & certa ejus scientia constat, h.e. quando scit privilegium laborare aliquo vitio, illudque nihilominus confirmat pro justo & vero privilegio habe-

habetur: & sic invalidum facit validum, aliâs in dubio & in generali confirmatione præsumitur privilegium confirmasse, quo potest, de jure communi, non autem de plenitudine potestatis, quæ in dubio non præsumitur.

Innocentius in c. dudum. num. 2. de decimis. Bartolus in l. si constat. de appellat. Natta consil. 40. num. 29. & num. 35. volum. 2. incip. Vitis actio causa. Gail. libr. 2. obser. 28. vid. suprà conclusionem 56. Vital intra clausular. fol. 163 col. 4. ubi etiam plenè examinat materiam confirmationis.

## 73.

Proinde si falso instrumento, vel contractui simulato confirmatio accessit, illa pro obreptitia censetur, ac sicuti sententia ex falso instrumento lata nullas habet vires, ita & privilegii ex falsa causa confirmatio invalida est.

Panormitanus in c. inter dilectos. num. 8. de fide instru-  
merior. l. 1. 2. c. si ex falsis instrument. vel testib. judicar. sit.  
Gail. lib. 2. obser. n. 12. Bartholom. Socin. in elegantissimo  
consil. 266. In causa quæ veritutur n. 56. vol. 2.

## 74.

Cauti igitur sint confirmationes petentes, ut speciatim omnia enumerent, cum suis qualitatibus; nec generalem saltem confirmationem desiderent. Si enim civitas aliqua certa habens privilegia, horum confirmationem à principe impetraret, ac princeps ex his capita quædam duntaxat confirmaret, de aliis nihil dicens, reliqua reprobasse censetur.

Albericus de Rosat. ad l. cùm pretor. ff. de judiciis. Peck.  
ad Reg. Juru can. in 6. in c. quæ à jure n. 8.

D 4

75.

Illud h̄ic quoque notandum, si originalia & antiqua privilegia sint amissa, ad probationem illorum sufficere si producantur confirmatio-nes sequentium principum originalis privilegii mentionem facientium, si relatum in referente sit, quo non apparente confirmatio pedes figere nequit.

Gloss. in c. Si Romanorum 19. distinct. in verbo defunt. l. Theopompus. ff. de dote prelegata. l. hac scriptura. ff. de conditionib. & demonstrat. Panormitan. in c. inter dilect. num. 9. de fide Instrumentorum. Andre Gail. lib. 2. obser-vat. practicar. obs. 1. num. 15. Si corrosum est Sigillum & separatum, in totum privilegium non valet: secus si in parte Bartol. in l. 1. §. 1. de bonor. poss. secund. tab.

76.

Cæterū quo privilegia impetrata & confir-mata prorsus illibata sint, sub certa pecuniæ summa, pena in transgressores cuiuscunque status & conditionis statui solet, additâ commi-natione illos gravem Principis & Imperii in-dignationem incursuros.

Ruinus consil. 121. num. 8. tom. 4.

77.

Ac si quis ratione violati privilegii imperia-lis ad penam privilegio insertam agere velit, aulam Cæsaream, vel Cameram Imperiale adire debet. (a) Quibus in locis processus non decernuntur, nisi prius privilegium Cameræ & parti ritè insinuatum sit: Cameræ, ut ostenda-tur defundata jurisdictione; parti vero, ut illius scien-

scientiam habeat, hæcque insinuatio coram judece vel notario fiat necesse est.

a) c. cum venissent de iudicis gloss. ibid. c. 1. de lege Conradi Bald. in prelud. feud. num. 18. argu. l. cum de novo. c. de legibus. Gail. libr. 1. obs. num. 7. 8. 9. Sed nondum in causa violati privilegii Cæsarei dolum requiri. Nisi igitur violatio dolo committatur & dolus probetur, frustra ad privilegii pœnam agitur. Guilielm. Rodingus Manual. primo de jurisdictione Cameræ Imperialis. tit. 15. num. 1. Ita quoque privilegiorum statibus de non appellando indultorum, originalia Cameræ insinuantur, à lectoribus describuntur summae & qualitates eorum tabella in curia suspensa proponuntur, adversus quæ processus penitus nulli decernendi: decreti vero sub repentium precibus continuo abolentur: Reichsabscheid/ Anno 78.

78.

Quod si privilegium Cameræ insinuatum non sit; ipsum originale unà cum supplicatione exhibendum & narrandum illud ad partis notitiam pervenisse: aliâs processus denegantur. Exemplis enim sive transumptis non creditur, nisi originale Cameræ exhibeatur.

Gail. d. lib. 1. obs. 1. n. 9. 10. 11.

79.

Hæcque procedunt, quando de substantia privilegii disputatur, vel quoties privilegium jus principis tangit: Sin autem jus alterius concernat, cognitio ad judicem ordinarium spectat.

Bald. in prelud. feud. num. 18. & c. 1. de lege Conradi. & c. cum venissent de iudicis. Gail. dict. obs. 1. num. 13. Fundandæ jurisdictionis Cameralis in hoc causatum genere ratio est, quia Imperator qui privilegium conceffit, vel

D 5

Camera Imperialis, utpote, quæ Imperatoriam majestatem repræsenter, quoad justitiæ administrationem, meritò de ejus violatione cognoscit & judicat Gail. d. obf. 1. n. 7. Mynsing. cent. 4. obf. 5. Blarerus ad L. Diffamari. c. 6. n. 40. ubi Cameram Imperialem in decernendo planè Imperatoriam majestatem, dignitatem & autoritatem habere ait.

80.

Tandem sciendum, privilegia scriptura constare debere, quæ si desit, nullius sunt momenti excepto casu, l. 2. C. de mandatis Princip. (a) Et privilegia petentes, non modò videant, quo sigillis & manu principis adjectione loci & temporis corroborentur; Sed & hoc cogitent, quod rarissimè mox à principio committatur in scriptura falsum, sed postquam illa confecta, prout homines malè acuti, vel fraudes mente cogitant, vel res tractando, quibus capitibus clausulisve opus habeant, animadvertunt, eas res scripturam loqui procurant, quas loqui eas maximè desiderant. Itaque in hoc arduo negotio hunc observato morem, ut privilegia in mundum redacta à tabulariis confessim auferas, domique tuæ formam eorum authenticam asserves diligenter.

a) Cujac. lib. 12. observ. 31. Olim Imperatores privilegiis subscribendis utebantur Encausto, quod atramenti genus & ex purpura conficiebatur; illudque alii omnibus sub poenâ rebellionis erat prohibitum: eo videlicet, post publicationem bonorum omnium capitali non immeritò poena plectendo, qui eo fuisset visus,  
l. sacri. C. de divers. rescript. Pancirollus in  
memorabil. de Encausto & ibi  
Salmuth.

Privi-

Privilegiorum definitiones, divisiones, quomodo impetrantur, & confirmantur, cursim vidimus, nunc quibus ex causis amittantur, consequenter dispiciendum. Præter vulgatas verò regulas quæ ex suprà auditâ privilegiorum divisione constituuntur, quod scilicet extincta persona, privilegium amittatur, & cessante causa, ex qua privilegium concessum, ipsum quoque privilegium cesset. (a) Hic observandum, quod quædam privilegia in faciendo, quædam in non faciendo consistant, quo distinctionis lumine nobis quoque utendum. Privilegium igitur, quo alicui facultas aliquid facienda conceditur, spacio decem annorum non utendo amittitur, ex autoritate Modestini Jure-consulti, qui, nundinis impletis, inquit, à Principe, non utendo, qui meruit decenni tempore ipsum amittere. (b)

a) *l. adigere. § quamvis. ff. de jure patro. cap. cùm cesante de appellat. c. exhibita extra. de privilegiis. vid. gl. in cap. subjectum. ext. de decimis.* b) Schurff. cent. i. consil. 14 num. 1.2. Bartol. in *l. licitatio. aliás incipit locatio. § earum rerum num. 3. ff. de publican. & vestigial. l. i. ff. de nundinis. gl. in l. falso. C. de divers. rescript. Felin. in c. cùm accessissent de constitutionibus.*

Hocque verum est, si quis intra dicendum voluntariè privilegio usus non sit: securus si ob necessitatem non evenientem, eò quod occasio utendi fese non obtulerit. Hoc enim in casu, quia nulla negligentia culpa, non utendi imputari potest, privilegium non amittitur, etiamsi

illo, ultra hominum memoriam vel mille annos,  
quis usus non sit.

Doctores communiter in *l.fin. ff.de constitut. princip. Jason.ibid.num.25.* Idem pulchre in *l.faljo.c.de diversis re script. gloss sing. in c. Abbat. S.sylvam in verbo donec. Panormitan. ibid. in fin. extr. de verbis signific.* Bellon eleganter in *consilio 1. num 11. cum seq.* Felin. in *cap. cum accessissent de constitutionib. & ibi canonista per text. notab. in l.unus ex sociis. §.fin. cum l. sequenti. ff.de servitut. ruficor. predior.* Ubi enim non adest negligentia, ibi non debet esse pena. Jason. *consil. 7. in fin. vol. 3. incip. pro Re- verendissimo.*

## 83.

Hinc infertur, quod habentes ex privilegio Principis merum Imperium, puta gladii potestatem, tale privilegium præscriptione longissimi temporis non amittant, si casus puniendi facinorosos nullus interea se se obtulerit.

*l.unus ex sociis. §.fin. & in l. hec autem jura. ff.de servitutib. urban predior. Jason. in l.fin. de constitut. prin- cip. n.56. Felinus in c. cum accessissent. de constit. n.26.*

## 84.

Et illud singulariter notandum pro nobilibus Germaniæ, merum imperium cum feudis habentibus: contra eos enim non currit præscriptio, si longissimo tempore gladii potestate adversus facinorosos usi non sint, si nulla puniendi occasio obvenit. Quia sæpiissimè hanc ob causam, cum viciniis Principibus vel Comitibus lites & controversias habent, qui negant, nobilibus tale privilegium competere, quia nullum meri Imperii actum possessorum longissimo tempore exercuerunt.

Jacobia.

Jacobia.  
imperio. B  
judicis auto  
nam. 6.  
  
Hec ob  
puniendi  
occasio,  
rate, sed et  
pellunt.  
Gal. 4.6.

Fallit  
à supérieure  
claudula des  
irritans syr  
contravent  
amitti poe  
Bild. in an  
Clafian. tu te  
verb. per que  
benigni in de  
cellulæ pinc  
bati, ne con  
lantibus temp  
beat lemnis  
beatis in p  
ganeti expon  
tollit pinc  
n. 8. Rulin  
pro eo nos  
Angelus in  
facit que de  
lib. 8. de la  
quid operari

Jacobin. de S. Georgio in verbo cum mero & mixto imperio. Bald. in l.i. num. 1. cap. ut nemini liceat sine judicis autoritate signa rebus imponere. Gail. lib. 2. obs. 6. num. 6.

85.

Hæc objectio nullius est momenti, si occasio puniendi, maleficos defuerit. Proinde eveniente occasione, non tantum antiquas furcas restituare, sed etiam loco collapsarum novas erigere possunt.

Gail. d.lib. 2. obs. 60. n. 6.

86.

Fallit secundò præfatum axioma, si privilegio à superiore inferioribus concesso, adjecta sit clausula decreti annullativa, seu alia prohibitiva irritans præscriptionem. Tale enim, neque per contraventionem, neque per præscriptionem amitti potest.

Bald. in auth. quas actiones. Cod. de sacro sanct. Eccles. Chaffan. in consuetud. Burgund. §. 11. des. mains mor. ad- verb. per quelque lapt. num. 10. Archidiac. in c. cùm de beneficio de probend. in 6. ubi decidit, quòd si Papa con- cessisset privilegium Monachis per quod prohibuit Ab- bati, ne conferat beneficia Monachorum Clericis secul- laribus tempore Quadraginta annorum, tamen non ha- beat locum ibi ille textus de c. cùm de beneficio. Wessen- becius in par. ff. de usurpat. & usucap. num. 14. ubi ele- ganter quoque disserit an statuto vel pacto præscriptio tolli possit. Qua de re videndum Boënius decision. 182. n. 8. Bald. in d. auth. quas actiones. & in l. unica. C. de sent. pro eo quod interest. Tiraquell. de retr. con. §. 1. gl. 2. n. 14. Angel. confil. ss. incip. Guilielmus Mynting. cent. 1. obs. 16. fac ea quæ dicuntur infra n. 9. 8. Vide Anton. Gabrielem lib. 6. de clausulis conclusion. 3. Clausula decreti Irritantur. quid operetur.

87.

Hinc optimè à præstantissimo Jureconsulto Hieronymo Schurfio responsum, pro oppido quodam Silesiæ, privilegium cum clausula annullativa seu prohibitiva habente, ne patiatur habitantes infra miliare cerevisiam coquere, mechanicos seu artifices alere, &c. Sed oppidi exclusis aliis omnibus infra miliare habitantibus cerevisiam coquant, &c. Quod scilicet oppidum neque contraventione, neque præscriptione hujusmodi privilegium amittere potuerit.

Bartol. in auth. quas actiones num. 12. C. de sacro. an. 8.  
Eccles.

88.

Præterea axiomati locus non datur, si facultas faciendi aliquid in arbitrium privilegiati conferatur, tali enim facultati non præscribitur, puta si princeps concedat alicui privilegium constituendi molendum, ovile pro arbitrio.

*Glossa in c. privilegia in verbo semel: circa finem de  
privileg. Doctores in c. fin. de consuetud. in 6. Gail. d. ob-  
serv. 60. num. 9.*

89.

Quando vero privilegium consistit in non faciendo, iterum distinguendum, utrum privilegium privatæ personæ concessum, an vero communitati, vel Ecclesiæ: si privatæ personæ, unico actu directè ei contrario amittitur, nisi illud sit successivum & actum reiterabilem habeat. Directa enim contraventio renunciationem inducit, secus si non directè contraveniat.

*c. cum*

c. cùm accessissent de constitutionibus Panormitan. ibid.  
num.7. Bartol. in l. i. n. 1. c. de his qui sponte munera pu-  
blica subeunt. lib. 10. c. accedentibus. & c. si de terra de pri-  
vileg. Decius consil. 496. n. 13. Vid. Panschman. de ult.  
voluntat. quest. 6. n. 41.

90.

Altero casu privilegium peractum contra-  
rium non perditur, nisi longissimo tempore.  
Singulares enim personæ communitatis vel Ec-  
clesiæ privilegiis renunciare nequeunt, nisi tota  
civitas vel Ecclesia contraveniant; hinc licet ci-  
vitas habeat privilegium demanii, tamen si juret  
fidelitatem, & patiatur dominum ingredi in  
possessionem, videtur tacite privilegio renun-  
ciasse, ex hujusmodi actu contrario. Ex quibus  
etiam infertur Prælati factum Ecclesiæ, non no-  
cere, & privilegium civitati datum, propter ci-  
vium contraventionem non amitti.

c. si. de terra c. accedentibus deprivileg. gl. ibid in verbo  
per 40. annos Panormitan. & Felinus in sapè alleg. c. cùm  
accessissent de constitutionibus. & Felinus in c. cùm omnes  
num. 24. de constitut. Jason. consil. 81. lib. 3. & consil. 140.  
lib. 4. And. de Iser. in c. Imperiale. §. præterea ducatus  
n. 48 de prohib. feud. alienat. per Federic.

91.

Et hic primus privilegia amittendi modus  
præscriptio scilicet, vel non usus. Alter est, cùm  
ab eo à quo concessa sunt, revocantur, quòd  
quidem si ad beneplacitum concedentis auf  
wolgesallen/concessa sint, certi juris est.

Per c. si graciosè de rescript. in 6. glossa ibid. in verbo ex-  
spirat. l. locatio 4. ff. locata. Bartol. in l. more majorum.  
num. 17. ff. de iuriā. Idem latè in l. centesimus. § final. n. 9.

*ff. de V.O. Hyppol. de Marsil. in l. fin. n. 42. ff. de questionibus.*  
*Dd. in c. privilegium de R. i. in 6. l. fideicommissa.*  
*§. quanquam. ff. de legat. 3. gloss. ibid. in verb. volucru. Nat-*  
*ta consil. 608. n. 5. vol. 3. incip. pro decisione.* Concedens  
*si moritur, privilegium non revocatur, l. juruperitos. ff. de*  
*excusat. tutor. l. sufficit. ff. de condic. indebiti.*

## 92.

An autem citra illud pactum princeps privilegium revocare possit, dubio non caret, concessum siquidem beneficium à Principe manfurum esse decet, & quod semel placuit, displace non potest? (a) Ego cum communi doctorum schola sic statuo: Beneficium concessum subditis, per Principem regulariter revocari posse. (b)

a) c. decet 16. de R.J. in 6. Imbert. in Enchirid. Juris ad verbum Abbatis morte. b) c. in nostra. & ibi Dd. de injuria. Felinus in c. novit. n. 9. cum seq. de judicio.

## 93.

Veluti si concesserit potestatem civitati sibi subditæ de condendis certis statutis, vel administrationem bonorum Ecclesiæ alicui crediderit, idque ex plenitudine potestatis, quâ tamen uti non abuti debet, quamvis ejus sit solvere legem & privilegium qui concessit.

Bald. in tit. de pace constantia vers. in omnibus. c. cùm ad monasterium de statu Monachorum. l. princeps. ff. de legib. l. qui condemnare. ff. de re judicata.

## 94.

Sed hoc ita, nisi subdito jus gentium beneficium principis pactione aliquâ confirmaverit, vel nisi

vel nisi remunerationis causa (a) concessum fuerit, vel denique nisi inferior à Principe qui plenitudinem potestatis non habet, sed superiorem recognoscit alium, illud concesserit.

a) Ejusmodi enim concessio contractui æquiparatur, *I. Si pater. §. si quis aliquem. C. de donat.* Tiraquel. *m* *I. si unquam. Cod. de revocanda donat.* Gra. *decis. 45.* *num. 28. & 29.* Anton. Gabriel. *lib. 3. com. de non tollendo jure quæst. coll. 7. n. 2.* Felinus *in c. novit. de judicio n. 21.* & ibi com. Doctores Anton. Butri. & Imol. *in c. qua in Ecclesiast. de constitut.*

95.

Quando autem conceditur non subdito, revocari non potest: Unde privilegium immunitatis accisiarum concessum à civitate vel principe, scholaribus seu venientibus ad habitandum, non potest in eorum præjudicium revocari, quia transiit in contractum: Et princeps tenetur etiam subdito servare privilegium, quod transiit in contrarium, cujusmodi est, quod princeps in auguratione sua jurat observare, vel concessit ob fortia facta, seu etiam pecunia accepta. Privilegium cum ex causa onerosa concessum non potest à principe revocari, nec ex certa scientia, nec ex plenitudine potestatis, nec per indirectum. Quod non tandem procedit in ipso concedente, verum etiam in successore, etiam in dignitate, modo contractus nomine dignitatis celebratus sit.

Cynus Bald. & Paul. Castræn. *in l. digna vox. Cod. de legibus.* Jason. *consil. 86. libr. 3.* Cravetta *consilior. 241.* Boët. *decis. 204.* Bartolus *in l. hi qui ff. de jure immu-*

E

nitat. & in l. privilegia. C. de sacro sanct. Ecclesiis Afflict. deis. 128. num. 10. & hoc in casu cessat, quod dici solet: Principem legem sibi non posse imponere, à quā recedere non licet, cap. significasti de fletione. Alexander consil. 224. num. 6. lib. 6. Castrensis & alii in l. digna vox. Cod. de legibus. Anchoran. consilio 306. Henning Göden consil. 32. Tiraquel. de privilegiis piar. causar. privileg. 155.

## 96.

Ideoque nec lex nova superveniens, praecedentia privilegia tollere potest, quæ sunt contra ipsam legem novam generaliter loquentem: non enim per legem generalem speciali privilegio quicquam derogatur, nisi de eo fiat mentio.

Matth. de afflictu ad constitut. ea quæ ad decus col. 11. in 8. nata facit. l. 3. de silentiariis & decur. lib. 12. Bald. ad l. cum Clericis. Cod. de Episcop. & Cleric. l. Receptitia. & ibi Bald. Cod. de consti. pecunia. Panormitanus in c. ueniens de prescription. Tiraquel. in tr. de prescriptionib. pag. 107. verb. ne autres personnes privileges; glossa 11. Frier. Senensl. consil. 47. Panzerol. consil. 19. cap. 2. de dolo & cont. c. bona. de confir. util. & inutil.

## 97.

Viribus quoque suis privilegia destituuntur, si cum jure communi concordant. (a) Si is qui concessit, potestatem concedendi non habuerit, (b) si processu pendente, vel sub & obreptitiæ acquisita fuerint, (c) si tempus in imputatione limitatum, jam expiratum & extructum sit, (d) si illis certæ conditiones insint, quæ nondum purgatae sint, (e) si contra jus judica-

judicatum fuerit, (f) si impetrans illis abusus fuerit. (g)

- a) c. Abbate de V.S.c.privilegiata 25. quest.1.cap. ideo permittente 12. quest.1.Speculat. de instru edit. §.nunc 11. num.4. b) l. plus juris de Reg. Jur. c) c.sedes ext. de rescript. d) c.cum in cunctu. &c. ne pro defectu de electione. e) c.verè cùm alicui Ecclesia. de condicioneibus apposit. f) c. Suboria in fin. extr. de Regul.Jur. g) arg. §.dominor. Instit. de his qui sunt sui vel alterius juris, vide gloss. im Landrecht libr.1. art. 49. cap. ubi. dist.74. cap.privilegium 11. quest.3. judicio enim legum jure ab obtentâ dignitate dejicitur, qui privilegio sibi concessio abutitur. August. in sermo. de tempore 247.

## 98.

Item si quis expresse illis renunciaverit, (a) quo in casu de privilegiis ad publicam utilitatem introductis & prohibitoris non loquor. Quia sicut constitutioni prohibitoriae renunciari non potest, & ita nec privilegio prohibitorio. Habet enim vim præcepti, cuius eludendi fraudandique sola renunciatione, non facit lex potestatem. Quin quod fieri non vult, prohibuisse sufficiat, potentiorque est lex quæ prohibet, ut Quintilianus ait, quam quæ permittit.

- a) L. Si quis in conscribendo. Cod.de paciis 1. recusari. ff. de acquirenda hereditate. Bartolus in auth. Si qua mulier. num.10. C. ad S.Vellejan. c.dilectio de probend. Capic. decisiō.9. nu.17. & latē Tiraquellus de jure primo genior.

quest.24. n.16. & 17. l. jure gentium. §.si paciſcar.

- ff. de paciis. Dd. in c. cùm contingat. de jurej- rando.

99.

Tandem Ecclesiæ, Civitates, Collegia vel Castra autoritate superioris propter delictum destructa, die durch die Obrigkeit geschleifet werden/ omnia sua privilegia amittunt, puta jurisdictiones, merum imperium, & mixtum, statuta, consuetudines, aliaque privilegia exemptionis & immunitatis. Hoc enim modo maximam capitum patientur diminutionem, & per consequens omnia eorum jura consumuntur, quæ etiam restaurata recuperare nequeunt, nisi superioris voluntate & licentia reædificantur, & antiqua privilegia de novo iis concedantur. Nec mirum videri debet, si delicto privilegia extinguantur, cum majores quoque penas civitas infidelis à Domino patiatur: potest enim in prædam dari, & ad aratrum damnari. A tyranno vero, si tempore belli devastata & solo æquata sint, jura & privilegia sua retinent, etiam alio in loco restaurata.

Gail. lib. 2. observat. pract. cap. 6r. Bald. in l. in testamento. Cod. de testamento. Bartol. in l. hereditatum. ff. ad L. Falaid.

100.

Et ex his quæ de privilegiis dicta sunt. l. privilegia 156. & l. in omnibus 69. ff. de Regulis Juris. cap. 7. 16. 17. 61. de Regul. Jur. in 6. perspicue intelligi posse existimo, quibus coronidis loco adjicio, prescriptionem immemorialem aliquot seculorum decursu atque usu corroboratam par privilegio à principe scienter ac prudenter collato jus habere, nec illa rursus titulum alleget, necesse

necessè esse, dummodò is, qui præscribit, ejus  
rei quam præscribit, capax est.

C. super si quibusdam. §. præterea. & ibi Panormitanus  
num. 1. & 2. de verb. significat. Bald. in c. unico. num. 3.  
que sunt regalia. in usib. feudor. Cravetta in tract. de  
antiquitat. temporum. par. 4. §. ab solitis differentiis prin-  
cipal. queſt. 1. num. 2. & queſt. 4. num. 1. Vid. M. AR-  
ton. Peregrinum de jure fiscalib. 6. tit. 8 de  
prescriptionibus fiscalibus n. 14.  
& seqq.

SOLI DEO GLORIA.







Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn777860996/phys\\_0075](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777860996/phys_0075)

DFG







Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn777860996/phys\\_0077](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777860996/phys_0077)

DFG





10 XI. 148  
: quod pactum facit, ut  
vitori pignus restituere,  
est, alienare possit. Brō.  
ntentia huius regulæ se-  
cutam propriā authori-  
t canonem non solutum  
tobatur arg. d. l.3. C. de  
etiam l. ex vettigali. ff. de  
n desumitur ex eo, quod  
enim matrimonio dos  
t mulier eam vindicare.  
n rem actionem, &c. C. de  
ritate id facere non po-  
nique urget hoc, quod  
authoritate propriā fa-  
ta, quæ omnia leges evi-  
s. aquifissimum. 3. de uſu  
non oportet, unde jura  
d. Sequuntur hanc sen-  
off. n. 78. & 79. Fachin.  
Diff. Accur. in l. i. §. se  
Bald. Salyc. Coraf. in l. i.  
uius regula nostræ non  
judic. se vindic. ubi cui-  
orem viarum furémve  
e non adito, interimere.  
app. permisissæ, ne quis-  
us rationem defenden-  
taret.

2.

a hæ secundum §. nulli-  
est de rebus sacris, reli-  
ullius esse possunt. Sunt  
unt, ita tamen ut alicu-  
bestia & volucres. l.3. ff.  
r. div. Ex hac regula ap-  
punctione illa: Utrum res  
fus olim erogatae in pri-  
KK 3 vatum